Adam Bisset Thom.

ΘΩΜΑ ΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ

Κατ' Ἀλφάβητον

ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΑΤΤΙΚΩΝ
ΕΚΛΟΓΑΙ,

Ex diſpoſitione

NICOLAI BLANCARDI,

Cum vetuſtis LAMBERTI BOS, & novis defunctorum virorum D. HEINSII, FR. JUNII, LAUR. NORMANNI, ERICI BENZELII, J. CHRISTOPH. WOLFII, ARN. DRAKENBORCHII, ABR. TORRENII,

& quum maxime vivorum

CL. SALLIERII, JO. JAC. WITTERI, DAN. WILH. TRILLERI, ELIAE STOEBERI, TI. HEMSTERHUSII, FRANC. OUDENDORPII, FRED. LUD. ABRESCHII

animadverſionibus.

Collegit partim, digeſſitque,

JOHANNES STEPHANUS BERNARD, M.D.

Qui & ſuas notas adjecit.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud { PETRUM VANDER EYK, ET CORNELIUM DE PECKER. } 1757.

FRANC. OUDENDORPII

PROOEMIUM.

Tandem aliquando, Benevole Lector, novam THOMAE MAGISTRI, qui (1) quarto decimo, post Servatoris Christi natales, seculo ineunte floruisse existimatur, *de Vocibus Atticis* Editionem nancisci tibi licet. Illa vero, multos nimis per annos protracta, ne fine sui commendatione prodiret, enixe me rogarunt honesti viri, qui in hunc libellum inpensas fecerunt, ac diutius differri noluerunt, Bibliopolae, ut quaedam praefari, saltem ad cognoscendam hujus Editionis conditionem necessaria, non dedignarer. Quamvis enim scirent, me praecipuum ejus curatorem nec esse, neque audire velle; atque hoc, quidquid est oneris, alii viro incumbere, ultro agnoscerent, a me tamen id variis sollicitationi-

(1) Consulatur J. A. Fabricius Lib. IV. Bib. Gr. Cap. 34.

tionibus exigere non destiterunt; quia per aliquot menses illum, gravioribus, ut opinor, negotiis & quotidianis aegrotos visitandi curis districtum, sui officii promissique frustra admonuerant; & quod plurima me huic libro contulisse, magnamque istius accurate excudendi, simul cum eximio viro ac collega carissimo, Ti. Hemsterhusio, curam egisse, ipsis haud erat incognitum. Diutissime quidem meam operam huic rei commodare detrectavi; sed repetitae creberrime illorum rogationi cessi tandem, justisque precibus satisfacturum me spopondi. Quapropter paucis, quae hujus Editionis illustrationi & intellectui maxime conducere censui, Lector, haec habe.

Editiones, Zachariae Calliergi *Romanam* An. MDXVII. 8., *Venetam* in aedibus Aldi & Andreae Asulani cum praefatione Franc. Asulani An. MDXXIV. f. *Parisiensem* Mich. Vascosani, An. MDXXXII, 8. aliquoties ab aliis memoratas, & millies in notis laudatas, excepit *Franekerana* Nicolai Blankardi An. MDCXC, 8. cui nonnullas animadversiones, nunc denuo recusas, adjecit Lambertus Bos An. MDCXCVIII. Is vero Blankardus (1) sine ulla Codicis, manu exarati, ope multa tacitus inmutavit, veterum scriptorum, quos excitavit Thomas, loca ex

(1) Vehementer ab illo deceptus fuit Andr. Christ. Eschenbach. in Amoenitatibus Litterariis. J. G. Schelhornii Tom. V. pag. 195. scribens, *ab eo Thomam cum undecim MStis collatum & notis illustratum esse.*

ex vulgaribus illorum Editionibus contra MSSto-
rum & Editionum Thomae fidem exhibuit, ac
vocum ordinem, in prioribus ἐκδόσεσιν observa-
tum, pessimo exemplo neglexit, & divulsis mul-
tifariam paragraphis, partimque praepositis,
partim serius collocatis, ad litterarum seriem
propius eas accommodavit: Unde quae, prae-
ter vocum omissiones, nata sint incommoda,
bene docet (1) *Lexiphilus* i.e. Jo. CHRISTOPHORUS
WOLFIUS, maximis in Remp. litterariam meritis
nobilissimus. Nihilominus ad ejus, quae hucus-
que fuit ultima, normam, quod factum nollem,
haec est expressa. Verum enim vero hunc,
nescio cujus, culpa commissum errorem magno
opere, per crebra monita, inminuerunt, & ab-
unde compensarunt Doctissimorum Virorum,
quorum nomina in libelli fronte legi queunt,
animadversiones, cum eruditissimo JOAN. STEPH.
BERNARD, Medicam artem Amstelaedami exer-
cente, humanissime, largissimeque communica-
tae. Pro meritis eas vel laudare vel vitupera-
re, mihi non est animus: praesertim quum in-
sunt in illis nonnulla, tantummodo ex Codi-
cum marginibus, quibus litterarum amantes viri
temere ista alleverant, desumta: qualia praeter-
quam aliorum, sunt omnia, quae Cel. ARN. DRA-
KENBORCHII praeferunt nomen. Facile suo quasque
pre-

(1) Vide Miscell. Observ. Vol. v. T. 3. p. 29. &c.
ubi notitiam Editionum Thomae, & consilium, quomodo
accuratior aliqua parari possit, nobis dedit, & quinam pro-
miserint aliam, recensuit.

pretio doctus & adtentus Lector aestimabit.

Mearum magis partium esse opinor, indicare, quibusnam, (si excipias, quae ab ingenio, judicio & eruditione profecta sunt,) auxiliis, ad suas contexendas notas, & inprimis verum Thomam exhibendum, usi sint tum alii, tum ego; & quid praestare fuerimus annisi.

Hic praecipue in tuum, Amice Lector, commodum indaganda & consideranda fuerunt Auctorum, a Thoma laudatorum, verba, quibusque eorum libris, paginisque illa reperire posses. Sed & Magister ipse ad examen erat revocandus; & quo jure ac fundamento nixus hanc illamve vocem minus Atticam pronunciarit, inquirendum. Qua indagine saepe repertus est falli Magister. Non raro tamen insons est accusatus, quasi vocem, ut minus Graecam, condemnasset; quum innuerit solum Thomas, eam, vel nequaquam, vel minoris usus Atticam fuisse; atque illa occasione crebro veterum scriptorum loca vel emendantur vel explicantur, quorum catalogum confecit Doct. BERNARD. Ad textum, ut ajunt, rite constituendum magnae utilitati fuerunt praeter vetustas, quarum Venetam non vidi, Editiones duo MSS[ti]. Codices Regii Parisienses, notati litteris *A*, *B*. Horum Codicum, quorum usum commodaverat politissimus Vir & Rev. Abbas CLAUDIUS SALLIERIUS, varias Lectiones diligentiae optimi Viri ELIAE STOEBERI, Argentoratensis Gymnasii Rectoris, debemus. Is enim, abjecto, quod aliquot ab hinc annis publicaverat, de Graecis Grammaticis,

cis, & in his Thoma, (1) ſimul bene merendi conſilio, quia votis ipſius ac deſtinatis non reſponderunt, qui ſumtus & operas detrectabant, Bibliopolae; varias iſtas lectiones una cum ſuis & J. JACOBI WITTERI, Viri Cl. & Graecarum litterarum in Argentoratenſi Academia Profeſſoris, adnotationibus, nec non politiſſimis & maſcula Graecae linguae, Atticaeque elegantiae ſcientia plenis Cl. SALLIERII obſervationibus, ad Erud. BERNARDUM ſub conditione, ut in Hollandia typis deſcriberentur, transmiſit. Ac res, ut vides, haud ſine meo aliorumque conſilio & collatitia opera, effectum, ſerius tamen, quam ſperaveram, eſt ſortita. Enimvero mox acceſſerunt doctiſſimi, Graecique ſermonis peritiſſimi Viri, DAN. WILH. TRILLERUS, ac FRED. LUDOV. ABRESCHIUS, qui ſuas lucubrationes benigne contribuerunt. Clariſſ. quoque TI. HEMSTERHUSIUS Editoris laborem ſagaciſſimis obſervationibus ſubinde condecorare, ſicubi lubido & otium ferebant, dignatus eſt. Paucas J. CHRISTOPH. WOLFII animadverſiones recte exhibuit ex ſpecimine, quod dederat ille in Miſcellanearum Obſervationum quinto volumine, ſuasque notas ſine nomine ſubjunxit Editor.

Nunc denique, ego quae contulerim, recenſenda reſtant. Primum parvas D. HEINSII,

FR.

(1) Idem ante illum animo conceperant eximii Viri, Rev. Abbas Claudius Sallierius, & C. Andreas Dukerus. Adi Miſc. Obſ. cit. l. & Cel. Ludov. Caſp. Valckenaerii Praefationem ad Ammonium.

Fr. Junii, Laur. Normanni, Erici Benzelii, J. Chr. Wolfii, Abr. Torrenii, foceri mei, & J. Jensii notulas ac conjecturas, ex inpressis, quibus olim usi fuerant, exemplaribus excerptas, typis describi curavi. Tum ad manum mihi fuere variae lectiones, quas Er. Benzelius, e Codice MSto Collegii Novi Oxoniensis chartaceo, mense Aprili An. MDCC. hauserat, mihique cum suis & aliorum conjectaneis saepius jam laudatus Wolfius donarat. Ipse vulgarem Thomae textum exegi ad duos MSStos Leidensis Bibliothecae, ex If. Vossii collectione, chartaceos, ac notatos *L. pr. sec.* quorum prior in Catalogo recensetur p. 398. N. 58. alter pag. 395. N. 71. sed qui Thomae excerpta verius, quam Thomam continet.

Ad haec Cl. P. Burmannus Secundus, qui magnis ingeniosi & eruditi cursus passibus ad avi, patris, patruique decus & laudem grassatur, pro amicitae jure mihi perantiquum & optimae notae Codicem, partim bombycinum, partim in membranis exaratum, Lipsiaeque grandi pretio in verna Bibliothecae Boërnerianae venditione An. MDCCLV. a se comparatum, protinus Amstelaedamo misit evolvendum. Is Codex (1) permagno fuit usui: majori tamen

(1) Complectitur insuper *Maximi Planudae* librum περὶ Συντάξεως ῥημάτων ἀμεταβάτων καὶ μεταβατικῶν, *Manuelis Moschopuli Byzantini*, τοῦ Κρητὸς ἀνεψιοῦ (Vide J. A. Fabricium L. V. Bibl. Gr. C. 7. pag. 37.) ἐκλογὴν κατὰ στοιχεῖον

men fuisset; nisi supremas Thomae paginas arrosisset aetas, vel aqua detrivisset; sive etiam maturius obvenisset nobis illum versandi facultas.

Ad horum omnium MSStorum, nec non veterum Editionum fidem, praesertim si consentirent eorum praestantiores, Auctoris textum, quantum in me erat, emendari curavi, quaeque antea vel per Librariorum, vel Editorum incuriam ac negligentiam fuerant omissae, non solum voces aliquot, sed & totas saepe paragraphos suis locis vel inserui, vel cum Wittero Stoeberoque meis in notulis, quas, libri moli parcens, brevissimas facere enisus sum, indicavi.

Quoniam vero Burmannianum Codicem non prius accepi, quam Typothetae in excudendo progressi erant ad pag. 609, insigniores ejus in praecedentibus variationes hujus Editionis calci subjeci; nec non, quae minus bene sese habebant, correxi, nonnullis additis; in quibus pro corollario tres Cl. Hemsterhusii observationes accipis, ex recondita ipsius doctrinae penu depromtas. Eidem quoque secundum, sive inversum, debes Indicem.

Cunctis hisce dum uteris, Benevole Lector, aequi

χεῖον ὀνομάτων Ἀττικῶν, οἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν, item Λεξικὸν περὶ πνευμάτων κατὰ στοιχεῖον ἐκλεγὲν παρὰ Τρύφωνος, Χοιροβόσκου, καὶ Θεοδωρίτου. &c. Verum ultima sunt solummodo excerpta, breviora illis, quae primus edidit Cl. Valckenaer post Ammonium p. 207.

aequi bonique consulas, quaeso, taediosam eorumdem nonnumquam exemplorum laudationem, ac bis terque repetitam saepe locorum, quos ex vetustis scriptoribus ad suam sententiam confirmandam protulit Thomas, accuratiorem indicationem, utpote quae per varios Interpretes, inpensorum ab aliis conatuum invicem nescios, sit instituta. Mecum quoque debitas viris eruditis, qui vel MSStorum vel Notarum symbolam voluerunt inpertiri, gratias habe, & praetermissis Typographorum erroribus ignosce, ac vale. Scribebam Leidae Kal. Martiis. MDCCLVII.

PRAE-

PRAEFATIO BLANCARDIANAE EDITIONI PRAEFIXA.

LECTORI BENEVOLO S. P. LEONARDUS STRIK.

Exhibuimus tibi, *Lector Benevole, typis nostris nitide descriptas* Thomae Magistri Selectas Atticae Dialecti Elegantias, *& habuisses aliquanto prius, nisi valetudo Viri Cl.* NICOLAI BLANCARDI, *quae adhuc tam adflicta est, ut auctor hujus Editionis, ipse te, quod vellet, alloqui non potuerit, impedimento fuisset. Ille de instituto suo, deque eo, quod ipse in hanc editionem contulit, quod sane permultum esse nobis facile cognitu fuit, edocere te potuisset. Expressimus hanc editionem ex illius Viri Cl. autographo, accuratissime (quae res argumento nobis fuit, quantam studiis ille vir habeat reverentiam) manu ipsius depicto ex optima editione, quae prodiit* Romae anno superioris seculi XVII, typis Zachariae Caliergi Cretensis, cum

aequi bonique consulas, quaeso, taediosam eorumdem nonnumquam exemplorum laudationem, ac bis terque repetitam saepe locorum, quos ex vetustis scriptoribus ad suam sententiam confirmandam protulit Thomas, accuratiorem indicationem, utpote quae per varios Interpretes, inpensorum ab aliis conatuum invicem nescios, sit instituta. Mecum quoque debitas viris eruditis, qui vel MSStorum vel Notarum symbolam voluerunt inpertiri, gratias habe, & praetermissis Typographorum erroribus ignosce, ac vale. Scribebam Leidae Kal. Martiis. MDCCLVII.

PRAEFATIO BLANCARDIANAE EDITIONI PRAEFIXA.

LECTORI BENEVOLO S. P. LEONARDUS STRIK.

Exhibuimus tibi, *Lector Benevole, typis nostris nitide descriptas* Thomae Magistri Selectas Atticae Dialecti Elegantias, *& habuisses aliquanto prius, nisi valetudo Viri Cl.* Nicolai Blancardi, *quae adhuc tam adflicta est, ut auctor hujus Editionis, ipse te, quod vellet, alloqui non potuerit, impedimento fuisset. Ille de instituto suo, deque eo, quod ipse in hanc editionem contulit, quod sane permultum esse nobis facile cognitu fuit, edocere te potuisset. Expressimus hanc editionem ex illius Viri Cl. autographo, accuratissime (quae res argumento nobis fuit, quantam studiis ille vir habeat reverentiam) manu ipsius depicto ex optima editione, quae prodiit* Romae anno superioris seculi XVII, typis Zachariae Caliergi Cretensis, cum

cum privilegio Leonis Papae. *Quod exemplar non ſolum cum aliis duabus editionibus Thomae noſtri contulit Vir Cl., ſed etiam in illa ipſa Caliergica plures emaculavit errores, non modo typorum, ſed etiam editorum & manuſcriptorum, ex eo, quod loca veterum, a Thoma ingenti numero citata, cum ipſis Auctoribus, qui hodie quidem extant, diligentiſſime conferenda putavit. Qua re futurum eſſe, ut editio noſtra caeteris, quae jam diu ſunt deſideratae, longe praeſtantior habeatur, confidimus. De laudibus Auctoris ipſius nihil nos quidem dicere, par eſt. Sed quicunque eum in manus accepere Graecae homines eruditionis gnari, ita exiſtimarunt, illas vere lectiſſimas* eloquentiae Atticae elegantias *eſſe dictas, ut habet inſcriptio Caliergicae editionis*, quibus, *addit*, approbatiſſimi *priscorum uſi ſunt. Scriptae Stylo facili, & ad docendum ſimul, atque delectandum egregie facto. Quod elogium rem ipſam tibi abunde approbaturam, ſi judicium Graecis literis modice duntaxat excultum adtuleris*, Lector Benevole, *nulli dubitamus. Interpretationem Latinam, quam moles libri facile admitteret, addere quidem voluiſſemus; ſed hanc Auctor ea, quam diximus, cauſa praeſtare non potuit. Alius Graecarum literarum ſtudioſus, elegantia*

&

& amoenitate ſcripti captus, interpretationem aggreſſus erat: verum in progreſſu laboris, eam facultate idonea carere deprehendit; cum quod opus foret inſpectis auctoribus, unde loca citata deſumpta fuerunt, tum quod Latinus ſermo Graecismos non caperet, ut plus, quam ſemigraecam exire verſionem oportuiſſet, quod ut deforme & incivile cauſam relinquendo inſtituto praebuit. Enim vero cum Stylus auctoris ſit facillimus & ſimpliciſſimus, minime longis diſtractus periodis, quae res praecipuam in Graecis ſcriptoribus intelligendi difficultatem adfert, nemo vel leviter Graece doctus in hoc Auctore verſando laboraturus videtur: Iis autem, qui Graece non didicerunt, etſi transfuſus in ſermonem Latinum, nullo modo, ut nobis quidem videtur, utilis eſſe potuiſſet. Indicem alium, quam Auctorum, a Thoma laudatorum, quem Cl. Editor ad calcem libri ſubjecit, non fuiſſe neceſſarium ordo libri, qui eſt κατὰ Ἀλφάβητον per Alphabetum *diſpoſitus, ultro ſatis indicare videtur.* Vale & fave. *Franek. A. MDCXC.*

LEC-

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

LAMBERTUS BOS.

Roganti Librario, si observassemus nonnulla ad THOMAE MAGISTRI DICTIONUM ATTICARUM ECLOGAS, quae iis subtexi possent, paucula haec ex Adversariis nostris collecta dedimus. Magna non sunt, fatemur; at tyronibus in hocce studio non displicitura nobis persuademus; quia cum loca in iis subobscura illustrare, corruptaque emendare pro virili nostra studuimus, tum ipsius Thomae errores in quibusdam deteximus. Tu itaque, Lector Benevole, exiguam hanc opellam aequi bonique consule, & majora propediem a nobis expecta. *Vale*. Franek. A. MDCXCVIII.

ΘΩΜΑ ΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ

Κατ' Αλφάβητον

ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΑΤΤΙΚΩΝ

Ε Κ Λ Ο Γ Α Ι,

Ex diſpoſitione

NICOLAI BLANCARDI.

Pars poſterior.

[1] ΘΩΜΑ͂ ΤΟΥ͂ ΜΑΓΙ'ΣΤΡΟΥ ΚΑΤΑ' 'ΑΛΦΑ'ΒΗΤΟΝ 'ΟΝΟΜΑ'ΤΩΝ 'ΑΤΤΙΚΩ͂Ν 'ΕΚΛΟΓΑΙ'.

[2] Ἃ μὲν, ἃ δὲ, μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ [3] τινὰ μὲν, τινὰ δὲ, εἰ καὶ Λουκιανὸς λέγει, [4] οὐκ οἶδα εἴτε παίζων εἴτε σπου-

---

1 Θωμᾶ.] Opuſculum hoc Thomae γραμματικὴν vocat *Luciani* Schol. p. 34. Tom. I. ipſumque noſtrum ſimpliciter Μάγιστρον. Μάγιστρος δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ γραμματικῇ Torr. Cod. A. γραμματικὴ τοῦ Μαγίστρου· ἔχουσα ἐκλογὴν ἀττικῶν ὀνομάτων. Cod. B. τοῦ σοφωτάτου μοναχοῦ κυρίου Θεοδούλου Θεσσαλονικέως τοῦ Μαγίστρου ἐκλογὴ ὀνομάτων ἀττικῶν, οἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν· καί τινες αὐτῶν παρασημειώσεις καὶ διαφοραὶ πρὸς ἄλληλα. Stoeber.

2 Ἃ μὲν, ἃ δὲ.] Vix apud veteres illos & notae ſincerioris Atticos invenias, nec fere, niſi cauſa ſtructurae parumper variatae ſubſit; quemadmodum in *Xenoph.* K. Π. 11. p. 36 v. 12. In *Ariſtophane* quidem, ut puto, fruſtra quaeſiveris. Uſurpant autem creberrime ὁ μὲν, ὁ δὲ· τὰ μὲν, τὰ δέ· quod bene notat *Schol.* ad initium Pſeudoſophiſtae *Luciani*, qui ab illa ſollicite nimis ac ſuperſtitioſe praeſcripta Atticae locutionis norma, etſi cognitiſſimam habeat, ſaepe diſcedere non veretur, & naturale orationis flumen curae adfectatae merito praeponit. Atticis praeiverat *Homer.* Il. X, 149. 151. Ἡ μὲν... Ἡ δ᾽ ἑτέρη. 211. τὴν μὲν, τὴν δέ. Od. A, 24. M, 73. 75. de quibus locis quum tractat *Apollon.* de Synt. I. p. 98. adhibuit Alexandrinus homo, ut etiam alibi ſolet p. 121. 177. 194. 298. ὃς μὲν, ὃς δέ. In hac autem ſtructurae forma idem valet ὃς ex uſu veteri, quod οὗτος vel τις· proinde in *Archyta*, qui Pythagoreus Dorice ſcripſit, reperies ἃ μὲν, ἃ δέ, apud *Stob.* p. 14. v. 5. 54. Poſtmodum Comoedia nova liberius adſcivit, ut ex reliquiis *Menandri*, cujus eſt ſententia, Οἷς μὲν δίδωσιν, οἷς δ᾽ ἀφαιρεῖται τύχη. & *Philemonis* conſtat. Scriptores vero, qui communi, quam vocant, Graecorum dialecto utuntur, maxime frequentant

tant: *Teles* apud *Stob.* p. 522. v. 26. p. 523. ἔφασαν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὓς μὲν χρήματα ἔχειν, οὓς δὲ κτήματα· οὓς μὲν γὰρ χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσι, οὓς δὲ μόνον κεκτῆσθαι. *Strabo* IX. p. 603. A. ὧν ἀφ᾽ οὗ μὲν. ἀφ᾽ οὗ δὲ... cui congruit illud *Sorani* in Vit. *Hippocr.* ἀφ᾽ οὗ μὲν εἰκοστός, ἀφ᾽ οὗ δὲ ἐννεακαιδέκατος. *Athen.* IV. p. 180. B. *Artemid.* p. 117. &c. *Xenoph.* Ephes. III. p. 43. v. 69. ne Sacros N. F. libros & Patres Ecclesiasticos commemorem. Sic tamen hanc formam sectantur, ut alteram Atticorum minime respuant: quare *Polybius* I. p. 9. quum scripsisset, οὓς μὲν ἐξέβαλον τῶν πολιτῶν, οὓς δ᾽ ἀπέσφαξαν, non multo post in historia simili dedit, τοὺς μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ ἀποσφάξαντες τῶν πολιτῶν. saepius autem, praesertim ubi partitio ultra duo membra progreditur, contingit, ut utraeque formae misceantur: Anthol. VI. c. 15 *Leonides* & *Archias* Ep. 3. 6. 9. Attica sunt usi τῷ μὲν, τῷ δὲ, τῷ δὲ, vulgari *Alpheus* Ep. 15. ᾧ μὲν, ᾧ δὲ, ᾧ δὲ. mixta *Alexander* & *Zosimus* Ep. 10. 12. τῷ μὲν, τῷ δὲ, ᾧ δὲ. τὸν μὲν, ὃν δὲ, τὸν δέ· in quibus metri lex noxias librariorum manus refraenat, qui suam loquendi consuetudinem vetustis scriptoribus non raro donant. Jure igitur vulgatam *AEliani* lectionem defendit *Perizon.* ad H. V. XIII, 46. Porro quod *Thomas* commendat τινὰ μὲν, τινὰ δὲ, ad regulam ipse suam loquitur in Βασιλεῦς. Psephisma in *Demosthen.* Orat. de Cor. p. 500. D. τινὰς μὲν περιείληφε πόλεις τῶν ἀστυγειτόνων, τινὰς δὲ πορθεῖ· sic quidem *Wolfius* edi voluit, licet in aliis Edd. expressum sit ἃς μὲν κατ. prorsus ut p. 504. A. πόλεις ἃς μὲν ἐμφρούρους ποιεῖ... τινὰς δὲ... κατασκάπτει· ubi Cod. vetustus τὰς μὲν ἐμφρ. perinde atque in *Diod. Sic.* IV. p. 293. v. 15 pro οὓς μὲν... τινὰς δὲ Cod. Mutin. praebet τοὺς μὲν, quod necesse non esse, ut adoptetur, recte monet Praestantiss. *P. Wesseling.* Alioqui rarius occurrit τινὲς μὲν, τινὲς δὲ, vel τινές, οἱ δὲ apud *Pausan.* III. p. 217. Verum Atticae loquendi formae τις eleganter adjungi solet, οἱ μὲν τινὲς, οἱ δὲ: *Xenoph.* Ἑλλ. IV. p. 312. v. 42. *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 317. nusquam fere saepius iteratum videas, quam in *Aristophanis* insigni loco Plut. v. 162. Ὁ μὲν... ἕτερος δέ τις, ὁ δὲ, ὁ δέ γε.. ὁ δέ τις &c. Hemsterh. Vide *Graevium* ad *Luciani* Soloecist. *Viger.* de Idiotism. c. 1. sect. I. §. 4. *Antiphon* Orat. I. p. 16. *Isocrates* Or. ad Demon. in principio & paulo post p. 47. 48. 50. 53. 61. Or. ad Nicocl. p. 67. 68. 69. *Xenophon* Cyrop. princ. In usu etiam est ὃς μὲν, ὃς δὲ, *Viger.* l. c. c. 2. §. 1. etiam ὡς μὲν, ὡς δέ. *Viger.* l. c. c. 8. sect. 10. οὗτος μὲν, οὗτος δὲ *Antiph.* Or. 1. princ. dicitur etiam οὗτος, ἄλλος apud *Lucam* cap. VII. 8. & ὃ μὲν, ἕτερον δὲ apud eundem cap. VIII. 6. Draekenb. Multi tamen Attica locutione utentes istum articulum sic usurparunt. Consule *Graevium* ad *Lucian.* Soloec. p. 41. *J. Jens.* in Epist. ad

σπουδάζων. λέγει γὰρ [1] ἐν τῷ ῥητόρων διδάσκαλῳ. [2] ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς, ἃ μὲν προϊόντι [3] ἐπιδεικνὺς κατὰ τὴν ὁδὸν, ἃ δὲ καὶ παραινῶν. καὶ πάλιν [4] ἐν Τίμωνι· [5] διδοὺς ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μὲν πέντε δραχμὰς, ᾧ δὲ μνᾶν, ᾧ δὲ [6] ἡμιτάλαντον. ὁ δὲ αὐτὸς οὕτῳ ἐξελίσχει

---

ad *Graev.* p. 407. *Perizon.* ad *AElian.* l. XIII. V. H. *Hemsterb.* ad *Lucian.* Timon. in fine. Immo ipse sic loquitur *Xenophon* Inst. l. II. p. 60. ed. Leuncl. οὓς μὲν ἂν συλλαμβάνοντες αὐτῶν κωλύοιεν τῶν ἐξαγγελῶν, οὓς δὲ μὴ δύναιντο λαμβάνειν. OUDEND. Recentiores ita saepe ἃ μὲν, τινὰ δὲ, nec antiqui refugere. *Demosth.* περὶ Στεφ. ed. Lutet. pag. 167. sec. §. 291. pag. 171. princ. &c. ABRESCH. Vid. de hac locutione *Graev.* ad *Luc.* T. II. p. 729. *Jens.* Lect. Luc. p. 406. seq. *Hemsterb.* ad *Luc.* Tim. p. 117. *Reitz.* in not. ad loc. *Luc.* infra citatum ex Rhet. Præc. p. 15. seq. Illustris etiam locus est *Luc.* Asin. T. II. pag. 591. Hemst. τῶν δὲ σκευῶν ἃ μὲν ἡμεῖς οἴσομεν, ἃ δὲ καὶ ὁ ἵππος. STOEB. Sic Epicurus apud *Laërt.* p. 298. F. pag. 300. B. τοὺς μὲν, οὓς δὲ *Joseph.* p. 606. E. *Aelian.* V. H. VI, 1. pag. 337. *Appian.* Punic. p. 59. καὶ τῶν ἀρχόντων τοὺς μὲν ἐπαινοῦσιν, οὓς δὲ ψέγουσιν. & sic omnium generum casuumque exempla apud probatissimos Scriptores reperiuntur: quare locutio illa non improbanda penitus. WITTERUS. Conf. *Devarius* de Partic p. 347. & 348. *Vigerius*, de Idiotism. pag. 2. *Chariton* lib. VIII. c. 7. p. 141. καὶ οἱ μὲν ἄνδρες ἐπῄνουν Χαιρέαν, αἱ δὲ γυναῖκες Καλλιρρόην.

3 Τινὰ μὲν.] Τὰ μὲν, τὰ δὲ. NORMANNUS. Imo vero τὰ μὲν, τὰ δὲ, uti legi hic mallet *Laur. Normannus.* Sed vulgato adsentiuntur MSS. ut & Scholiastes *Luciani* T. II. p. 34. verbo tenus hanc *Thomae* animadversionem referens. OUDEND.

4 Οὐκ οἶδα.] Sic MS. A. & B. abest in *Phavorino.* STOEB.

1 Ἐν τῷ ῥητ. διδ.] Sic A. & B. non legit *Phav.* Locus est T. II. p. 317. Graev. & T. III. p. 15. Hemsterh. quo haec ipsa Thomae verba, suppresso tamen auctoris nomine, apud Schol. leguntur. IDEM.

2 Ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς.] Locus exstat T. II. p. 317. at ibi rectius abest δὲ· ὁ αὐτὸς hic Leidens. 2. OUDEND.

3 Ἐπιδεικνὺς.] *Phav.* legit δεικνύς. Cui MSS. A. & B. & optimi Luciani Codd. impr. adversantur. STOEBERUS.

4 Ἐν Τίμωνι.] Locus est T. I. p. 165. Graev. vel T. I. p. 174. Hemst. ubi διαδιδοὺς pro διδοὺς legitur. IDEM.

5 Διδοὺς.] Sic etiam Schol. supra cit. sed edd. Luciani rectius διαδιδοὺς. OUDEND.

6 Ἡμιτάλαντον.] *Lucian.* p. 165. ᾧ δὲ τάλαντον. DRAEK. Et

λέγχει τȣ̃το, ἐν τῷ [1] Ψευδοσοφιςῇ αὐτȣ̃.

[2] Ἵνα ἈΓΆΓΩΣΙΝ, [3] ȣ̓χ ἵνα [4] ἄξωσιν, [5] καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὁ μὲν πρῶτος ἀόριςος, καὶ οἱ ἐξ αὐτȣ̃, [6] ἄρχησοι· [7] ὁ δὲ δεύτερος ἀόριςος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτȣ̃ χρόνοι, ἐν χρήσει.

[8] ἈΓΆΛΛΩ κάλλιον, ἢ λαμπρύνω. [9] Ἀρισείδης [10] ἐν τῷ Ἀπελ-

ita Schol. quae lectio placet mihi prae vulgata voce in edd. *Lucian.* τάλχνιοι. OUDEND.

1 Ψευδατοφιςῇ.] Ita tacite repofuit *N. Blancardus* ex *Graevii* emendatione ad Pfeudofoph. p. 41. cum in ed. priore ederetur ψευδολογιςῇ: qui alterius dialogi index eft. At MSS. edd. Rom. & Vafcof. item Schol. praebent ψευδοσολοικιςῇ. Quafi tacite Lucianum tangere voluerit in foloecismis referentem falfo quasdam locutiones. Vel contractum eft verbum ex duplici hujus dialogi titulo ψευδοσοφιςὴς ἢ Σολοικιςὴς. OUDEND. Codd. A. B. ψευδοσολοικιςῇ. Ita quoque Edit. Rom. & Vafcof. Leguntur autem verba Soloec. T. II. p. 729. *Graev.* vel T. III. p. 554. *Hemft.* ubi nefcio quo errore Pfeudologifta in fupremo margine ifte Dialogus vocatur, qui in princip. Pfeudofophifta infcribitur. STOEBER. *Graevius* in Luc. Soloec. p. 41. notat, in editis legi ψευδολογιςῇ male, qui alterius dialogi index eft: & ideo reponit ψευδοσοφιςῇ. Forte Thomas fcripfit ἐν ψευδοσοφ. ἢ σολοικιςῇ Sic in ἀνέωγεν· Λȣκ. ἐν Μίκυλλος ἢ ἀλεκτρυών. vid. etiam in ἀποσοβῶ. Eadem vox occurrit infr. in τεθνήξεται. ubi etiam emendanda. Emendavit jam *Graev.* in Soloec. p. 92. vid. *Steph.* Thef. p. XVI. WITTER.

2 Ἵνα Ἀγάγωσιν.] Cod. A. ἵνα non legit. Cod. B. ἀναγάγωσιν. STOEBER. Conf. *Phrynichus* N. Ed. pag. 124. 154. & Thom. in V. ἐκλιπών.

3 Οὐχ'.] Scrib. ȣ̓χ ἵνα fine apoftr. WITTER.

4 Ἄξωσιν.] Cod. B. ἀάξωσιν. male. STOEBERUS.

5 Καὶ ἁπλῶς.] Abeft καὶ in A. καὶ ἁπλῶς leg. in B. IDEM.

6 Ἄρχησοι.] Addit *Phavorinus* τοῖς λογογράφοις. OUDEND. Adde ex A. & B. τοῖς λογογράφοις. STOEB. Gloff. p. 20. l. 10. *Antecesfit*, προῆξεν, προῆλθε. *Suid.* voc. ἀπῆξεν. διῆξε *Joseph.* pag. 679. C. ἐξάξαντες *Dio* p. 101. A. προσάξαντι *Herodian.* I, 12, 9. προσῆξαν *Thuc.* p. 166. C. ἄξας Idem p. 346. D. cum Noftro facit *Phryn.* quem vid. p. 50. & 62. *Nunnes.* WITTERUS.

7 Ὁ δὲ δεύτερος.] Ignorat particulam δὲ MS. Leid. I.

8 Ἀγάλλω.] Ἀγάλλειν eft proprie *nitidare*, *fplendide atque eleganter expolire*, *ornare*: ut λέκτρα καὶ γυναῖκα καὶ γαμηλίους εὐνὰς ἀγῆλαι in *Eurip.* Med. v. 1027. deinde *vultum & oculos grata fpecie laetare*, ut *Livius* ait vetus ille Tragicus: hinc *Deos*

Deos honoribus ac venerando laetificare, quam verbi vim egregie declaravit *P. Weſſel.* ad *S. Petit.* LL. A. p. 68. nam *divi cultu erga ſe mortalium laetiſcunt*, ut *Siſenna* ſcripſit apud *Non.* p. 133. Eo pertinet, quod *Schol. Eurip.* notat, *Phrynichum* poſuiſſe ἀγῆλαι ἀντὶ τοῦ ἐυξασθαι. *Suid.* Ἀγῆλαι, τιμῆσαι θεὸν, ἀγλαΐσαι· ſic enim ex *Etymologo* legendum: additque porro eximios *Eupolidis* verſus, quos ſi quis fabulam Δήμους clauſiſſe putet, evaneſcet, de qua *Kuſterus* querebatur, loci obſcuritas: ibi vero, Ἀναβῶμεν . . . καὶ προσαγήλωμεν ἀπελθόντες (hoc ab *Etymologo* firmatum probo) fidem faciunt emendationi, qua reponendum in *Heſychio* vice τοῦ Προσατῆλαι credo, Προσαγῆλαι, τιμῆσαι. Προσαγηλὴ, τιμή· vel potius, ſi forma ſubſtantivae vocis paulo inſolentior diſpliceat, Προσαγήλῃ, τιμήσῃ. Ex his, quae ſit poteſtas paſſivi mediique ἀγάλλεσθαι, facile colligere licet: dicitur autem ἀγάλλεσθαι τινὶ, *Xenoph.* Epheſ. I. p. 2. & ἐπί τινι frequentiſſime: quare malim in *Pauſania* VIII. p. 629. v. 8. ἐπ' αὐτῇ quam ἐπ' αὐτῆς ἠγάλλετο. *Thucydidis* locus extat VI, 41. ad quem vid. Eruditiſſ. *Duker.* bene *Schol.* οἷς χαίρει ὁ πόλεμος, ὧν χρῄζει· imitatus eſt *Iſidor. Peluſ.* II. Ep. 146. p. 176. τὰ ἄλλα, οἷς χαίρει ὁ πόλεμος, καὶ οἷς ἀγάλλεται, κατασκευάσαι· ubi ſuſpicionem interpretationis in contextum illatae moveri poſſe non diffiteor: illo certe vitio laborat, me judice, *Dius* apud *Stob.* p. 409. v. 17. cujus verba, ejecto χαίρω, talem in modum eſſe refingenda mihi perſuadeo: ἀλλ' ἐγὼν ἐπὶ τᾷ ἐμαυτοῦ εὐμορφίᾳ λῶμαι ἀτρεκέως ἀγάλλεσθαι· ceteroqui jungitur etiam ἥδεσθαι· οἷόσπερ καὶ αὐτὸς ἥδεται τε καὶ ἀγάλλεται *Xenoph.* περὶ Ἱππ. p. 553. v 32. Quod vero Lexici, cujus partem *Montfauconius* edidit in Bibl. Coiſl., auctor obſervat p. 471. in Ἠγάλλεν, praeter multos alios *Eunomium* etiam τὸν δυσσεβῆ, hoc verbum frequentaſſe, verum eſt: quaſi parum apte poſuiſſet, ſugillat eum, & ſatis quidem ineleganter, immeritum *Gregor.* Nyſſ. T. II. p. 759. τὸ μὲν ἀγάλλειν, inquit, ἴσον ἐστὶ τῷ ἐπικαυχᾶσθαι καὶ ἐπευφραίνεσθαι· melius ipſe ſcripſiſſet ἀγάλλεσθαι vel ἐπαγάλλεσθαι. Cum hujus autem verbi ratione & ſignificandi virtute optime conveniunt λαμπρύνειν, λαμπρύνεσθαι, quod Atticis penitus eripi nolim, & φαιδρύνειν, φαιδρύνεσθαι. Hemst.
Etſi ea vox in Atticorum ſcriptis ſaepiſſime occurrit, altera tamen, λαμπρύνω nempe, non eſt repudianda, ut vel ex Lexicis conſtare poteſt. Sallier.

9 Ἀοιστεῖ. . . . ἡμεῖς.] Abſunt in B. ſed A. agnoſcit. Stoeberus.

10 Ἐν τῷ Ἀπελλᾶ γ.] Male deſunt haec verba in Cod. Oxon. ut ſemper titulis indicati loci ille caret. Locus autem *Ariſtidis* extat Tom. I. 68. Ed. Jebb. MS. Leid. I. non male Ἀπελλᾶ γενεθλιακός. Oudend.
Cod. A. ἐν τῷ τοῦ Ἀπελλ. Vid. *Ariſtid.* Orat. T. I. p. 68. pr. ed.

Ἀπελλᾶ γενεθλιακῷ· οἷς δή ἄν τις [1] ἀγῆλαι τὴν ἢ τὴν ἡμέραν· καὶ ἀγάλλομαι, ἢ λαμπρύνομαι. [2] Θουκυδίδης· καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς ὁ πόλεμος ἀγάλλεται. ἔστι ἢ ἀγάλλομαι, καὶ ἀντὶ τοῦ [3] χαίρω.

[4] ἌΓΕΤΑΙ γυναῖκα, οὐκ ἄγει, ἤγουν λαμβάνει, καὶ ἄγεται

---

ed. Oxon. 1722. 4°. conf. *Dio* p. 301. D. STOEB. MS. Leid. 2. ignorat integram hanc Thomae obfervationem, quemadmodum etiam fequentem, quam nec Leid. 1. agnofcit.

1 Ἀγῆλαι.] Cod. A. ἀγῆλαι. & fic in *Ariftid.* loco. STOEB.

2 Θουκυδ.] Verba funt ex Lib. VI. pag. 440. A. ed. H. Steph. Secund. 1588. fol. IDEM.

3 Χαίρω.] V. *Budaei* Comment. Ling. Gr. p. 743. *Herodot.* lib. IX. DRAEK. Quod praeter multa loca teftatur *Thucyd.* Schol. ad loc. m. c. ubi οἷς ὁ πολ. ἀγαλλ.] οἷς χαίρει πόλεμος, ὧν χρήζει. Sic ἀγάλλονται oppon. τῷ αἰσχύνονται apud *Thucyd.* lib. III. pag. 229. B. STOEBERUS.

4 Ἄγεται.] Dantur quaedam apud Graecos verba, quae, cum habeant fonum activum & paffivum ac utriusque fenfum in fuo fono, infuper in paffivo faepe fenfum habent activum, qui activo fono non perinde efferri poteft, vel faltem a purioribus & ἀττικωτέροις Graecis fcriptoribus ita efferri non folet. In illis eft τὸ ἄγομαι. Docet hic auctor non recte dici, ἄγειν γυναῖκα, fed dicendum ἄγεσθαι γυναῖκα, pro λαμβάνειν, five λαμβάνειν εἰς γάμον. Addamus exemplum ex *Arrian.* VI. qui de nuptiis Alexandri Sufis celebratis loquens ait: καὶ ὅσοι δὲ ἄλλοι ἡγεμόνες ἦσαν Μακεδόνες τινὰς γυναῖκας &c. N. B. Haec phrafis, ἄγεσθαι γυναῖκα etiam dicitur de *patre*, *filio fuo uxorem ftipulante*; fed hoc fenfu additur dativus perfonae. *Paufan.* in Atticis: ὡς δὲ ἐπανῆλθεν, Αγαθοκλεῖ τῷ υἱῷ Λυσάνδραν γυναῖκα ἠγάγετο. *Homer.* Od. IV.

Υἱεῖ δὲ Σπάρτηθεν Ἀλέκτορος ἤγετο κούρην.

Herodian de Mammaea & Alexandro: ἠγάγετο δ᾽ αὐτῷ τὴν γυναῖκα τῶν εὐπατριδῶν· quod Latini dicunt, *defpondere alicui filiam.* Terent. *Nam aliam ei pater defponderat gnatam Chremetis.* Vid. *Bud.* Comment. L. Gr. p. 321. L. BOS. *Lyfias* Or. 1. p. 5. *Heliod.* AEthiop. IV. p. 181. DRAEK. *Phavor.* auctior, quem vide. & *Ammon.* v. ἄγειν & *Phryn.* voc. ἄγει. ἄγουσι καὶ φέρουσι eft apud *Xenoph.* Κυροπ. III. fol. 61. l. 19 it. p. 729. l. ult. ἄγεται γυναῖκα πατρός. *Jofeph.* p. 159. A. 160. D. Glofl. p. 80. *ducit*, ἄγει. p. 81. *ducitur*, ἄγεται, ἕλκεται. WITT. Ita hoc fenfu conftanter Attici. Obvia funt paffim exempla. At ἄγειν γυναῖκα notat fecum aliquo ducere uxorem: Zijn Vrouw met zich voeren: ut apud *Xenoph.* p. 70. & 139. Hinc jocus Eubatae qui promiferat Laidi fe eam ducturum, dum

ται ῇ, καὶ ἄγε, ἀντὶ τῦ φέρε. [1] Πλάτων ἐν τῇ ἀπολογίᾳ Σωκράτυς· ᾤχοντο εἰς Σαλαμῖνα, καὶ ἦγον τὸ λέοντα.

ἈΓΝΟΗΣΟΜΑΙ [2] κάλλιον, ἢ [3] ἀγνοήσω, καὶ ἄξομαι, ἢ ἄξω. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐχόντων [4] μέσυς μέλλοντας.

[5] ἈΓΡΟΙ͂ΚΟΣ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκῶν, παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἁπλῶς· [6] ἄγροικος δὲ, ὁ ἰδιώτης καὶ ἀπαίδευτος· ci

---

dum interim imaginem ejus pictam fecum auferret dicens fe ἄγειν Λαΐδα apud *AElian.* l. X. V. H. c. 2. Ceterum locus *Platonis* exftat p. 32. ed. Serran. fcribendumque Λέοντα. Ἄγειν pro ἄγεσθαι eft tamen apud *AEfchylum.* V. *Mifc. Obferv.* Vol. X. p. 350. OUDEND. Sic tamen *Jofephus* in Vita fua §. 75. bis, fed variant codd. *Mifc. Obferv.* Vol. X. p. 350. *Platonis* locus, quem laudat, legitur p. 365. ed. Lugd. fed non ἦγον τὸ, verum ἤγαγον editur. Conf. *Euftath.* ad Iliad. ξ. pag. 954. vf. 35. & χ. pag. 1386. vf. 42. ABRESCH. Conf. *Eunapius* p. 18. & 182. & *Ammonius* V. ἄγειν.

1 Πλατ. ἐν τῇ Σωκρ. ἀπολ.] Abfunt haec in B. Leguntur autem l. c. T. I. pag. 32. Ed. H. Steph. 1578. D. ubi pro ἦγον τὸ legitur ἤγαγον. STOEBERUS.

2 Κάλλιον.] κάλλιον ignorant Cod. Leid. 1. & 2. & ed. Rom. BERN. Omitti non debet: futurum medium, elegantius in hifce, quam activum ufurpari docet. Vid. Ἀπολαύσομαι· Ἀποφοιτήσομαι· Ζηλήσομαι. Moer. in Ἄξομαι· Βοήσεται· Θηράσεται· &c. HEMSTERH.

3 Ἀγνοήσω.] Vitiofe in Ed. Blanc. pro ἀγνοήσω, ut bene MSS. & ed. Rom. & Vafc. OUDEND. L. ἀγνοήσω. conf. ad hunc artic. *Phryn.* v. ἀκούσομαι. WITTER.

4 Μέσυς.] Cod. A. non habet; fed B. agnofcit. STOEBER.

5 Ἀγροῖκος.] Vid. *Stephani* Dial. Attic. p. 149. BENZEL. Adde *Cafaub.* ad *Theophr.* Char. c. IV. *Ariftoph.* Eq. vf. 41. & quos laudat. Cl. *J. Alberti* ad *Hefychium* h. v. *Ariftophanis* locus in Pluto eft vf. 705. & in Nub. vf. 46. Ceterum vitiofe ed. Blancardi ἀδελφιδῆ pro δῆ exhibet. OUDEND. Conf. de h. v. *Ammon. Hefych.* v. ἠγροικησάμεν. *Cyrillus. Timaeus* Soph. in Lex. Plat. MS. ἄγροικος. σκληρὸς καὶ ἀπαίδευτος, ἢ ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν. conf. *Cafaub.* Not. ad *Theophr.* Charact. p. 137. Lugd. 1638. ἄγροικος καὶ δυσμαθὴς *Ariftoph.* Nub. 646. *incultus Thuc.* III, p 245. A. *Synef.* p. 165. D. STOEBERUS.

6 Ἄγροικος.] Multa funt, in quibus ex variato vocabuli accentu fignificandi difcrimen fignari Grammatici tradiderunt: cujus generis in *Cyrilli* five *Philoponi* Συναγ. Δ. Τ. Α. notantur praeter hoc ipfum, in quo cum *Thoma* congruit, Ἀγέλαιος &

[1] οἱ Ἀττικοὶ ἢ ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκοῦντος, καὶ ἐπὶ τοῦ ἰδιώτου, καὶ ἀπαιδεύτου, καὶ ἀναισθήτου, προπαροξυτόνως ἄγροικος λέγουσιν. [2] Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ·

Λέγεις ἄγροικον ἄρα σύγ' εἶναι τὸν θεόν;

ἤγουν, ἀναίσθητον, καὶ πάλιν [3] ἐν Νεφέλαις·

Ἔπειτ' ἔγημα [4] Μεγακλέους, τοῦ Μεγακλέους
Ἀδελφιδῆν, ἄγροικος ὤν, ἐξ ἄστεος.

ἤγουν, ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκῶν· [5] ἔστι δὲ καὶ ῥῆμα [6] ἀγροικίζομαι, τὸ ἀπαιδεύτως πρός τινα διατίθεμαι. [7] Λιβάνιος ἐν τῷ λόγῳ τῷ, [8] πρεσβευτικὸς πρὸς τὸν Ἀχιλλέα· εἰ ἠγροι-

---

& ἀγέλαιος, Ἀγοραῖος & ἀγόραιος, Γέλοιος & γελοῖος, Νόμαιον & νομαῖον· nam alia plura tono tantum diversa longe ab horum ratione discrepant: verum uter accentus utrius sit potestatis index, ipsi secum aliquando, & inter se dissentiunt: regulam ab Atticorum usu pronunciandi maxime consueto fluxisse facile credideris; eandem semper exacte fuisse observatam, quis sibi persuaderi patietur? HEMSTERH. De ἀγροῖκος vid. *Poll.* IX, 12. & Comm. *Ammon.* p. 3. & *L. C. Valcken.*

1 Οἱ Ἀττ. ἢ.] Cod. B. legit οἱ Ἀττ. ἢ καὶ ἐπὶ τοῦ. STOEBER.

2 Ἀρισ. ἐν πλούτῳ] Vs. 705. add. ἱππ. vs. 41. Steph. p. 149. *Joseph.* p. 961. A. *Liban.* I. p. 808. D. *Lucian.* Dial. Mer. Matris & Musar. T. IV. pag. 410. Basil. ὅτε ὁ γεωργὸς ὁ ἀκανονικευς ἧκε, & paulo post de eod. ἔσω ἐκεῖνος ἀγροῖκος. WITT. Τὰ ἀπὸ ἀγροικίας *agrestia*. *Aristid.* T. I. p. 283. STOEB.

3 Ἐν Νεφ.] Vs. 46. seq. ubi ἀδελφιδῆν rectius ex Cod. A. Cod. B. leg. ἦν. IDEM.

4 Μεγακλέους.] Delet MS. Leid. 2.

5 Ἐστὶ δὲ.] L. ἔστι δὲ &c. STOEBERUS.

6 Ἀγροικίζομαι, τὸ ἀπαιδεύτως.] Eo sensu usurpatur a *Platone*, Theaet. p. 115. Vid. Steph. sed praeter hancce significationem alias habet nonnullas, v. g. qui alicui succensent, ii ἀγροικίζεσθαι dicuntur: sic exponendus *Plut.* T. I. p. 454. Eadem vox occurrit T. II. p. 575. verum ibi de illis sermo est, qui interrogati, agrestium more, respondere nolunt. SALLIER.

7 Λιβ. ἐν τῷ λογ.] T. I. p. 239. B. Oratio *Lib.* eadem, quae alibi: πρὸς Ὀδυσσέα ἀπολογία Ἀχιλλ. vid. Id. II. p. 412. D. pro ἠγροίκησ. l. ἠγροίκισ. WITT. ἠγροίκισ. est in A. & B. STOEB.

8 Πρεσβευτικός.] MS. Oxon. πρεσβυτικῷ. sed supra, ἐν τῷ ῥητόρων διδάσκαλος. Latet autem error in voce Ἀχιλλέα. verba enim quae citantur exstant in πρεσ-

[1] ἠγροικισάμην πρὸς ὀντινοῦν, ἢ τῶν νέων, ἢ τῶν πρεσβυτέρων.

[2] ΑΓΧΕΙ κάλλιον, [3] ἢ πνίγει.

ΑΓΩ-

πρεσβευτικῷ τοῦ Ἀχιλλέως πρὸς τὸν Ὀδυσσέα Tom. I. p. 239. τὸ non habent MSS. Leid. OUDEND.

1 Ἠγροικησάμην.] Εἰ ἠγροικισάμην Vascos. & Oxon. MS. recte. WOLFF. De quo non dubitandum, nec aliter Codd. MSS. Leidd. Apud Libanium p. 239. B. vulgo editur ἠγροικισάμην εἰς. OUDEND.

2 Ἄγχει.] Quanquam propria virtute differant, suamque singula ditionem teneant, in qua alteri locus non sit, attamen translata, quae ab origine non nihil diffita manans eodem tendit, promiscue ab Atticis etiam usurpantur. Hinc ὑπὸ τῶν δανειστῶν, & ἐπί τινι, vel τινὶ ἄγχεσθαι, πνίγεσθαι. *Julian.* in Misop. p. 136. ὁ δῆμος πνιγόμενος ὑπὸ τῶν πλουσίων. utrumque in *Luciano* frequens. HEMSTERH. Apud Graecos πνίγειν ut & ἀποπνίγειν & ἄγχειν plerumque dicuntur duri creditores, qui collo debitorum quasi constricto urgent eos ad solvendum debitum. Sed Attici malunt ἄγχειν hac notione usurpare, quam πνίγειν. *Aristoph.* Eq. p. 334. χρήματα πλεῖστα ἀπέδειξα Ἐν τῷ κοινῷ τοὺς μὲν στρεβλῶν, τοὺς δ' ἄγχων, τοὺς δὲ μεταιτῶν. ad quem locum *Schol.* δηλοῖ διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων τὸ βίαιον τῆς ἀπαιτήσεως. *Lucian.* Symp. p. 648. οὐδὲ ἄγχω τοὺς μαθητὰς, ἢν μὴ κατὰ καιρὸν ἀποδῶσι τοὺς μισθούς. apud eundem in Dial. Mort. Charon ad Menippum: Ἀπόδος ὦ κατάρατε τὰ πορθμία· & statim: ἄγξω σε νὴ τὸν Πλούτωνα, ἂν μὴ ἀποδῷς. Minus Attice vero dicitur πνίγειν, quod habetur *Matth.* XVIII. 28. κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε λέγων, ἀπόδος. ut & ἀποπνίγειν apud *Pollucem* in Onom. ἀποπνίγων τοὺς ὀφείλοντας. L. BOS. Ἀποπνίγω tamen in usu est. *Lucian.* Dial. Meretr. p. 706. & 750. DRAEK. Differunt proprie, prius videtur praecedere, πνιγμὸς sequitur. *Apollod.* II. c. 5. sect. I. κάτεσχεν ἄγχων, ἕως ἔπνιξε. *Aristid.* T. 3. p. 125. ὄνῳ συμπλακεὶς καὶ πνίγων τὸν λέοντα ἄγχειν ᾤετο. De creditoribus acerbe debita exigentibus, praeter loca Cl. *Bos* & *Hemsterhusii* ad *Lucian.* Dial. Mort. 22. c. 1. citata, *Basil.* T. II. p. 55. B. ὁ τὸν χρυσὸν κατορύσσων τοῦ ἀγχομένου καταφρονεῖς. quod laxe nimis convertit interpres *oppressum.* p. 6. D. νηστεία δανείου φύσιν οὐκ οἶδεν —— οὐκ ἄγχουσιν ὀρφανὸν νηστεύοντος παῖδα τόκοι πατρῷοι. ABRESCH. De re venerea usurp. ab *Anacr.* Od. 52. ubi de juvene ebrio puellam vi comprimente: ὁ δὲ μὴ λόγοισι πείθων, τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει. Est etiam Pancratiastarum vox ἄγχειν. vid. *Olear.* ad *Philostr.* Icon. p. 819. Gloss. Angit, θλίβει, στενοχωρεῖ, ἄγχει, πνί-

[1] ἈΓΩ'ΓΙΜΑ κάλλιον, [2] ἢ φορτία. εἰσὶ [3] δὲ καὶ ἀγώγιμα οὐ μόνον τὰ φορτία, ἀλλὰ καὶ τὰ ἁπλῶς κομιζόμενα. Συνέσιος ἐν [4] τῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ· πολλαῖς [5] ἴυγξι γινομένην ἀγώγιμον. καὶ πάλιν [6] ἐν ἐπιστολῇ. τινὰ τὰ ἀπὸ [7] Πτολεμαΐδος ἀγώγιμα.

[8] ἈΓΩΓΟ'Σ, οἱ ὕστερον ἐπὶ τῶν ὀχετῶν· οἱ δὲ παλαιοὶ, ἐπὶ τοῦ

πνίγει. p. 16. Angitur, ἄγχεται. Ancti, ἀγχόμενοι p. 206. Suffocat, πνίγει. Onom. *Calep.* p. 148. suffoco, ἄγχω, πνίγω. WITTER. Cum *Thoma* facit *Moeris Atticista.* Ceterum obfervationem hanc Thomae omittit MS. Leid. 2.

3 Ἡ πνίγει.] Quod tamen praeter *Xenoph.* & *Lucian. Aristoph.* ufu venit νεφ. v. 1379. conf. *Galen.* voc. ἀγχόμενος. *Hefych.* v. ἀγχαλιάζει. STOEBERUS.

1 Ἀγώγιμα] Vid. *Salmaf.* ad *Achill. Tat.* p. 741. Φορτία nonnunquam junguntur: φορτίων φασὶν Ἑλληνικῶν τοὺς Ἰνδοὺς ἀγώγιμα ἄλλα ἀνταλλάσσεσθαι *Paufan.* III. p. 233. v. 31. quae minus adcurate Illuftr. *P. D. Huetius* ad Polydori Lacedaemoniorum regis, cujus mentio apud *Paufaniam* praeceſſerat, aetatem referenda cenfuit de Navig. Ant. c. VI. Τὰ ἐξ Ἰνδῶν ἀγώγιμα *Julian.* Ep. 24. p. 393. A. vim Graecae vocis expreſſit *Amm. Marcell.* XIV. p. 15. *alia plurima vehi terra marique confueta.* *Synefius* frequenter adhibuit, cujus exemplum prius nihil huc facit. HEMSTERH. *Lucian.* Contempl. p. 345. *Eunapius* p. 38. ἀγώγιμος ἄνθρωπος. conf. *Hefychius.*

2 Ἡ φορτία.] Occurrit tamen apud *Ariftoph.* Plut. v. 352. & alibi. ut φορτίον ἐπάγεσθαι apud *AElian.* V. H. IX, 14. ἀγώγιμα ἐκκομίζουσι *merces exportant* *Arrian.* Indic. p. 174. C. Henr. Steph. STOEBERUS.

3 Δὲ καὶ.] Non leg. καὶ in A. & B. IDEM. Delet καὶ MS. Leid. 1. fed MS. Leid. 2. hac obfervatione integra mutilus eft.

4 Τῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ.] Eft Ep. 121. p. 257. MS. Oxon. & Leid. 1. habent αὐτῇ. OUDEND. Cod. A. ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστ. refpiciens ad praec. artic. ἀκκισμός. Cod. B. fimpl. Συνεσ. ἐν ἐπιστολῇ. Locus eft p. 357. C. STOEBER.

5 Ἴυγξι.] Edit. Rom. & Phav. ἴυξι. WITTERUS.

6 Ἐν ἐπιστολῇ.] Defunt haec in Oxon. Innuit Ep. 109. pag. 252. OUDEND. Non eft in A. ἐν ἐπιστ. vid. Synef. pag. 252. C. STOEBERUS.

7 Πτολεμαΐδ.] Edit. Rom. & Phav. Πτολεμαΐδος. IDEM.

8 Ἀγωγός.] *Euripides* dixit χοὰς νεκρῶν ἀγωγοὺς Hec. v. 536. id eft, ut recentior Schol. exponit, ἀναφέροντας τὰς ψυχάς. *Diofcor.* V, 148. de magnete: δύναμιν ἔχει πάχους ἀγωγόν. atque ita faepe apud Medicos. Ut veterum ufum probet, *Thucydidem*

τοῦ ἡγουμένου ὁδόν τινα ἐκλαμβάνουσι. Θουκυδίδης [1] ἐν τῇ δευτέρᾳ· οὐκ εὔπορον ἦν διϊέναι ἄνευ ἀγωγοῦ. καὶ Ἀριστείδης [2] ἐν τινι τῶν ἱερῶν· ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς ἀγωγοὺς [3] αὐτοὺς ἀνεζήτουν· εὕρηται δὲ καὶ [4] ἀγωγὸς καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπαγωγὸς, καὶ ἐπὶ τῶν τειῶν γενῶν.

Οὐ

---

cydidem adducit lib. II. ubi sane c. 12. reperitur, ξυμπέμπουσι τῷ Μελησίππῳ ἀγωγούς. *Schol.* ὁδηγούς *Hesych.* & *Suid.* rectius προπόμπους sed quae subdit verba ex lib. IV. c. 78. sunt petita. Videtur ergo Thomas, dum mentem calamus festinantior praevertit, omisisse locum priorem & alterius, quem ponebat, indicium. Mirum vero *Pollucem* III, 95. qui pro ὁδοῦ ἡγεμόσι pluraliter ἀγωγοὺς & ἀγωγέας aeque probet, fastidiose singularem ἀγωγεὺς, ut εὐτελέστερον, repudiare: haec scilicet in multis est Atticistarum inverecunda subtilitas: mihi satis liquet, formam ἀγωγεὺς eo significatu vix ab Atticis usurpari, raro ab Jonibus; nam paulo diverse occurrit apud *Herodotum* II. c. 175. Ceterum Noster consentit cum *Phrynicho*, qui pag. 140. notat; νῦν δὲ οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες ἀγωγοὺς καλοῦσι τοὺς ὀχετοὺς τῶν ὑδάτων. Hic quidem usus in Jure Graeco celebratur: *Hesych.* in V. & Ὀχετός. *Herodian.* VII, 12. ἐκκόψαι πάντας τοὺς εἰσρέοντας εἰς τὸ στρατόπεδον ἀγωγοὺς ὕδατος· parique modo *Symmachus* Jesaiae cap. XXX, 25. διαιρέσεις ἀγωγῶν ὑδάτων · an alibi ἀγωγεὺς ὕδατος, praeterquam in Gloss. Vet. inveniatur, non adfirmaverim. Hinc ὑδραγωγὸς & ὑδραγωγεῖα. HEMSTERH. Pro ἀγωγεὺς *Herodot.* l. II. c. 175. *Moschop.* περὶ σχεδ. p. 128. DRAEK. Add. *Phryn.* p. 56. & ibi *Nunnus*. *Phav.* voc. ὀχετός. STOEB.

1 Ἐν τῇ δευτέρᾳ.] Imo vero τετάρτῃ §. 78. ubi vide Cel. *Dukerum.* Nec leguntur hae voces in MSS. Leidd. OUDEND. Lege τετάρτῃ. legitur enim lib. IV. p. 305. A. Codd. A. & B. simpliciter: Θουκυδ. Cui add. *Dio* p. 33. E. STOEBER.

2 Ἐν τινι.] Nempe δευτέρῳ pag. 304. Ed. Jebb. OUDEND. Codd. A. & B. non hab. ἐν τινι τῶν ἱερ. Est autem locus *Arist.* in Serm. Sacr. II. T. I. p. 304. Oxon. STOEBER.

3 Αὐτούς.] Hoc praestare videtur illo, quod vulgo in *Aristide* editur αὐτός. OUDEND.

4 Ἀγωγός.] Adde ex Vascos. & Oxon. καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπαγωγός. WOLFFIUS. Neque aliter MSS. Leidd. & Ed. Rom. Negligenter haec verba in Blancardi editione omissa sunt, unde totius loci sensus perit. Bene autem *Thomas:* vid. *H. Steph.* Thesaur. In neutro ἀγωγὸν ἐπακτικὸν apud *Photium* & *Suidam*

[1] Οὐ μόνον ἈΓΩ'Ν, ἀλλὰ [2] καὶ ἀγωνία, καὶ [3] ἀγωνισμός. Θουκυδίδης ἐν [4] τῇ ἑβδόμῃ· πολλὴ δὲ ἡ ἀντιτέχνησις τῶν κυβερνητῶν, καὶ ἀγωνισμὸς πρὸς ἀλλήλους. [5] Πλάτων ἐν [6] Γοργίᾳ· δεῖ μέντοι, ὦ Σώκρατες, τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι, καθ-

---

dam occurrit. *Hesychius:* ἀγωγοῖς, τοῖς ἐπάγουσιν. *AElian.* lib. II. H. A. c. XI. τροφὰς ἡδίστας καὶ πεποικιλμένας εἰς τὸ ἀγωγόν τε καὶ ἐφολκόν. & ita ἀγωγὴ, sed substantive, occurrit. vid. *Cuperi* Observ. l. II. c. 14. quo tamen loco acute nimis de καταγωγίῳ differit; de quo alibi. OUDEND. Cod. A. & ed. Rom. add. καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπαγωγὸς, post καὶ deest in A. sed adest in B. STOEBER. Voce ἀγωγὴ aliquoties usus est *Hippocr.* vid. *Foesii* Oecon. p. 3.

1 Οὐ μόνον Ἀγών.] Cod. B. Ἀγὼν καὶ ἀγωνισμός· ὁ αὐτὸς (Θουκυδ.) ἐν ζ'. πολλὴ δὲ ἡ ἀντιτέχνησις τῶν κυβερνητῶν καὶ ἀγωνισμὸς πρὸς ἀλλήλους. Caetera omnia desunt. STOEBERUS.

2 Καὶ ἀγωνία.] Integram hanc observationem delet MS. Leid. 2. sed haec verba MS. 1. *Athenagor.* Leg. pro Christian. p. 134. τις οὐχὶ τῶν περὶ σπουδῆς τὰς δι' ὅπλων ἀγωνίας - - - - ἔχει. conf. Index *AEliani.*

3 Ἀγωνισμός.] Est & ἀγώνισμα. *Thucyd.* lib. I. p. 6. sed magis poëticum ut testatur ibid. *Schol. Herodot.* lib. I. cap. 140. DRAEK.

4 Τῇ ἑβδόμῃ.] Lib. VII. §. 70. Articulus deest in Leid. 1. & saepe. OUDEND. P. 535. B. Idem valet ἀγώνισμα apud *Lysiam* Orat. XIII. pag. 261. ed. Tayl. Lond. 1739. quod quidem aliter apud *Herodot.* Clio c. 140. p. 59. *Thucyd.* III. p. 229. B. & lib. I. p. 16. A. ubi vid. Schol. STOEBERUS.

5 Πλάτων.] Pag. 285. A. non alio discrimine, quam quod pro καθάπερ editur ὥσπερ. ABRESCH. Pertinent haec ad nov. §. quam Rom. edit. incipit: καὶ ἀγὼν καὶ ἀγωνία Πλατ. &c. quae hic saltem inferenda. Locus *Plat.* est T. I. p. 456. C. ubi pro καθάπερ est ὥσπερ. legitur & ἀγωνία apud *Xenoph.* Cyrop. II. p. 54. pr. ed. Francof. 1596. *Diodor.* lib. I. p. 33. C. *Laërt.* p. 191. A. STOEB. Platonis locum codex MS. Leid. 1. hic delet, eumque cum ed. Vascos. ponit post ἀπρονόητος, unde eum huc retraxit *Blancardus.*

6 Γοργίᾳ.] P. 312. ed. Ficin. πάσῃ deest in Leid. 1. ἀγωνίᾳ πάσῃ Ed. Rom. male autem ἀγωνία πᾶσι hic habet ed. Vascos. sed alibi sub V. καὶ Ἀγὼν καὶ Ἀγωνία, ubi solum *Platonis* exemplum recte exhibet. Sciendum autem ex duabus diversis notis hanc a *Blancardo* esse conflatam. Totum *Platonis* exemplum hic deest ab Oxon. & in Rom. & Vascos. hic non conspiciuntur καὶ γὰρ &c. usque ad finem. OUDEND.

I Καθ-

[1] καθάπερ τῇ ἄλλῃ πάσῃ ἀγωνίᾳ· [2] καὶ γὰρ τῇ ἄλλῃ ἀγωνίᾳ, οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ πρὸς ἅπαντας χρῆσθαι ἀνθρώπους.

[3] ἈΔΟΛΈΣΧΗΣ, οὐκ [4] ἀδόλεσχος.

[5] ἈΔΩΡΌΤΑΤΟΣ χρημάτων κρείττων, ἢ ἀδωρότατος μόνον. Θουκυδίδης ἐν τῇ [6] δευτέρᾳ· [7] χρημάτων δὲ διαφανῶς ἀδωρότατος γενόμενος.

[8] ἈΕΙ, καὶ ἐπὶ τῶν τελικῶν χρόνων [9] τίθεται. [10] τὸ δὲ ἐσαεὶ, ἐπὶ

---

1 Καθάπ. τῇ ἀλλ. πασ. ἀγων.] Pergit hic Cod. A. ἐκ δὴ τῆς ἀγωνίας ταύτης τῆς τοῦ ἀγῶνα δηλώσεως καὶ ἡ ἀγωνία, ἥγουν ὁ φόβος παρήχθη. STOEBER.

2 Καὶ γὰρ τῇ ἄλλῃ] Haec & quae feqq. Plat. verba licet non incommode huc transfcripta defunt in Cod. A. ed. Rom. & Vafcof. IDEM.

3 Αδολέσχης.] *Gloff.* garrulus ἀδολέσχης. DRAEK. In veram hujus vocis originem inquirit *Phryn.* πρᾶγμα. σοφισ. h. v. & *Bifet.* ad Schol. *Ariftoph.* Nub. v. 1482. Ad rem magis conducit *Theophr.* Charact. p. 10. feq. ubi omnino conf. *Cafaub.* Not. p. 127. feqq. Vocem vero ἀδόλεσχος vix eft, quo reperias, praeterquam in monofticho εἰς ἰατρούς, ubi

Ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσοῦντι πάλιν νόσος.

STOEBERUS.

4 Ἀδόλεσχος.] Hoc tam Atticum quam commune agnofcit *Moeris.* v. *H. Steph.* Thef. fine dubio tamen ἀδολέσχης magis Atticis in ufu eft, quam ἀδόλεσχος. Vide *Theophr.* Char. c. III. ubi in MS. unico ἀδόλεσχος. *AElian.* lib. II. V. H. c. 3. utrumque apud *Pollucem* l. VI. Segm. 109. OUDEND.

5 Ἀδωρότατος.] *Plutarch.* Pericl. p. 161. DRAEK. Adde ex MSS. & edd. Rom. & Vafcof. ἔστι δὲ καὶ τὸ. OUDEND. Addendum fane: fed fimul ἀδωρότατος fubjiciendum poft Ἄθλιος —— ἐπαίνων· ut in Ed. Vafcof. & MSS. tum patet, cur ἔστι δὲ καὶ τὸ accedat, quod alias fenfu caret.

6 Δευτ.] Pag. 143. A. ubi χρημάτων τε pro δὲ quod etiam eft in MS. A. STOEBER.

7 Χρημάτων δὲ.] Abeft δὲ ab Oxon. Cod. In *Thucyd.* L. II. §. 65. & MSS. Leidd. vulgo τε, fed δὲ citat quoque *Ariftid.* T. II. p. 121. recte, refertur enim ad praecedens μὲν. De hoc loco adi Cel. *Alberti* ad *Hefych.* OUDEND.

8 Ἀεὶ.] Ed. Vafcof. τὸ ἀεί. imo MSS. & ed. Rom. καὶ & τίθεται non agnofcunt. IDEM. MS. A. τὸ Ἀεί. STOEBER.

9 Τίθεται.] Non leg. h. v. in A. & B. IDEM.

10 Τὸ δὲ ἐσαεὶ] Sic Cod. A. Diftinctius Cod. B. τὸ δ' ἐς ἀεί. Neque enim ἐσαεὶ cum praepof. compofitum probari Thomae poteft, fiquidem fibi conftat in voc. ἐκπαλαι. ubi vid. IDEM.

1 Ἀεισ.

ἐπὶ μέλλοντος. καὶ ἐπὶ ἐνεστῶτος δὲ, ὅταν διηνέκειαν δηλοῖ. [1] Ἀριστείδης ἐν τῷ εἰς Δία· ἀλλ' ἦν τε ἄρα ἐξ ἀρχῆς, καὶ [2] ἔσται ἐσαεί. καὶ Θουκυδίδης ἐν πρώτῃ· [3] κεῖταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος. [4] Λουκιανὸς ἐν τοῖς ἀληθινοῖς· θάλλουσα ἐσαεί.

[5] ἈΘΕΆΤΟΣ, ὁ μὴ βλέπων κρεῖττον, ἢ ὁ μὴ βλεπόμενός τινι· [6] Λιβάνιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης. ἀθέατος ἔμεινα μονομαχιῶν ἐκείνων.

[7] ἈΘΗΝΑΖΕ κάλλιον, ἢ [8] εἰς Ἀθήνας. Ἀθήνηθεν, καὶ

ἐξ

---

1 Ἀρισ. ἐν τῷ εἰς Δία.] Punge ἐν τῷ, εἰς &c. T. I. p. 3. ubi legitur εἰσαεί & ex Barocc. Cod. ἐσαεὶ restituitur. In Cod. autem nostro B. εἰς ἀεὶ legitur. Sic apud *Pind.* Olymp. Od. XI. V. 10. in Ed. Schmid. legitur ἐσαεί. In Edit. autem Calierg. ἐς ἀεί. STOEBERUS.

2 Ἔσται ἐσαεί.] Pag. 3. ed. Jebb. ubi vulgo εἰσαεί. sed MS. ibi ἐσαεί. OUDEND.

3 Κεῖται.] Locus est §. 129. verum ibi non κεῖται legitur sed κείσεται, uti hic MSS. Leidd. at ibi MSS. duo vulgatis hic accedunt: ut L. I. §. 22. κτῆμά τε ἐσαεὶ ξύγκειται. At parum refert, vid. *Sophocl.* Trach. vs 1209. *Pindar.* Olymp. XI, 10. *Luciani* locus est T. I. pag. 654. IDEM. Pag. 85. D. ubi κείσεται pro κεῖται. Illud uterque Codex habet. STOEBER.

4 Λουκ. ἐν ἀληθ.] Lib. I. T. I. p. 655. Graev. vel T. II. p. 89. fin. Hemst. ubi θάλλουσα ἐς ἀεὶ καὶ &c. In nostr. ob fin. versus scrib. ἀεί. apud *Lib.* T. I. pag. 475. D. legitur εἰσαεί. Cognatum τοῦ ἀεὶ est αἰεὶ Poëtis alias usitatum Iliad. α, vs. 52. quod apud *Thucyd.* legitur lib. III. p. 230. l. 1. IDEM.

5 Ἀθέατος, &c.] Desunt in in Oxon. rursus ἐν τῷ περὶ &c. praecedunt in MSS. & ed. Rom. ac Vascos. ὡσαύτως δὲ καὶ. *Libanii* verba vide T. II. p. 3. Caeterum errat Thomas. Passive enim aeque atque active in usu est, ut innumera adjectiva. Active tamen frequentius. V. *Suid. Hesych. Phavor.* nisi cum ponatur pro eo, qui videri nequit. Apud *Phavorinum* in ἄμεμπτος prave legitur μοναχῶν in verbis *Libanii*. OUDEND. Ut alia plurima tam passive quam active adhibentur. *Aristid.* T. I. p. 96. & *Lucian.* T. I. p. 37. ABRESCH. Sic etiam ἀμέμπτος quam vid. infr. Passive usurpat voc. ἀθέατος *Luc.* T. II. p. 33. Graev. active dicit ἀθέατος ἀληθείας *Luc.* Nigr. T. I. p. 54. STOEB. Conf. noster V. Ἀνέραστος.

6 Λιβ. ἐν τῷ.] Scrib. ἐν τῷ, Locus est T. II. p. 3. B. STOEB.

7 Ἀθήναζε.] Vid. *Corinth.* p. 673. *Steph.* p. 190. WITT. *Diogen.* ep. 6. ἐπὶ Θηβῶν ἀνέρχεσθαι.

8 Εἰς Ἀθήνας.] Ἐς Ἀθήνας est apud *Thucyd.* lib. VIII. p. 551.

ἐξ Ἀθηνῶν. [1] Ἀθήνησιν, ἢ ἐν Ἀθήναις.

[2] ἌΘΛΙΟΣ κάλλιον, [3] ἢ ἀτυχής. [4] τὸ ἢ ἀτυχὴς ἐπαίνων, ἀντὶ τοῦ [5] ἀμέτοχος, κάλλιον. ὡσαύτως καὶ τὸ, εὐτυχὴς ἐπαίνων.

[6] ἈΘΛΟΘΕΤΗΣ κρεῖττον, ἢ ἀγωνοθέτης.

Ἀ-

---

551. A. p. 558. 583. B. it. lib. I. p. 22. D. cum quo conf. *Polyaen.* p. 585. ubi pro θῆβας leg. ἐρύθρας. WITT. Εἰς τὰς Ἀθήνας dixit *Liban.* T. II. p. 7. D. ἐκ τῶν Ἀθηνῶν *Thuc.* VIII. p. 563. B. & 565. B. ἐξ Ἀθηνῶν Philosteph. apud *Athen.* VII. c. 14. add. *Alciphr.* lib. III. ep. 65. Sic etiam ἐν Ἀθήναις leg. apud *Thucyd.* lib. V. p. 373. A. *Xenoph.* alios: quorum loca, utpote in re nota, cumulare non libet. STOEBERUS.

1 Ἀθήνησιν.] De hac voc. vid. *Rhodom.* ad *Diod. Sic.* Indic. Phraseol. h. v. WITTER.

2 Ἄθλιος.] Ἄθλιος & δύστυχὴς opponuntur apud *Aristoph.* Pl. vs. 826. pro κάλλιον secundo loco MS. Leid. 1. habet κάλλιστον

3 Ἢ ἀτυχής.] Scrib. ἢς. ἀτυχὴς tamen eo sensu quo ἄθλιος usurpatur ab *Epict.* Enchir. c. VI. p. m. 12. Berkel. Nostro patrocinatur *Plato* Gorg. p. 470. D. εὐδαίμων ἂν σοι δοκεῖ ἢ ἄθλιος; ubi quid sit ἄθλιος ex oppositione judicabis. STOEB.

4 Τὸ ἢ ἀτυχής.] Cur illam vocem alteri Thomas praetulerit, divinare non possumus, praesertim cum legatur apud *Thucyd.* p. 24. ἐγκλημάτων ἀμέτοχος. Eodem adjectivo utitur *Philo* scriptor imprimis elegans p. 793. Utuntur & alii complures, quos inter *Basilius* T. 2. p. 83. & *Greg.* Nyss. T. 1. pag. 903. quamobrem dubitari nequit, quin ἀμέτοχος in optimarum vocum censum venire debeat, cum hominem alicujus rei expertem significat. SALLIER.

5 Ἀμέτοχος κάλλιον.] Cod. A. κάλλιστον STOEBERUS.

6 Ἀθλοθέτης.] *Plut.* Pericl. p. 160. DRAEK. Sic etiam *Moeris.* Alii grammatici distinguunt, quod prior dicatur judex Gymnicorum, alter Musicorum certaminum. V. coll. ad *Hesych.* & *Suid.* Errant omnes, nam voce ἀγωνοθέτου usus est ἀττικώτατος *Xenoph.* nihil minus quam musicos ἀγῶνας tangens, L. III. de Exp. Cyr. pag. 296. ἐν μέσῳ γὰρ ἤδη κεῖται ταῦτα τὰ ἀγαθὰ ἆθλα, ὁπότεροι ἡμῶν ἄνδρες ἀμείνονες ὦσιν. ἀγωνοθέται δ᾽ οἱ θεοί εἰσιν. unde patet promiscue has voces adhibitas esse, & vera esse synonyma, ut occurrunt apud *Pollucem* lib. III. OUDEND. Rectius opinor *Ammonius* & quos ad eum citat Cl. *Valckenaerius.* Neque fortasse inveniatur ἀθλοθέτης ἐπὶ τῶν σκηνικῶν, sed ἀγωνοθέτης tam de scenicis quam gymnasticis. idque more suo videtur docere voluisse *Ammonius.* conf. *Budaeus* in Comment. Gr. Ling. p. 832.

ἈΘΡΟΌΟΣ Ἀττικοὶ, [1] οὐκ ἄθρους. ἄθρυς δὲ, ὁ μὴ θόρυβον ποιῶν, δόκιμον. Λουκιανὸς ἐν [2] δευτέρῳ τῶν [3] ἀληθινῶν. οὐ βοὴ σύμμικτος ἐφέρετο ἄθρους.

[4] ἈΘΥΜΊΑ, καὶ ἡ λύπη, καὶ ὁ πρὸς τοὺς πολέμους ὄκνος. Ἡρόδοτος ἐν τῇ [5] πρώτῃ· οὐδέ τινα [6] δειλίην μοι παρέχων,

---

832. Verbum tamen ἀγωνοθετεῖν non refugit *Thucyd.* lib. III. c. 38. ABRESCH. Ἀγωνοθέτης tamen est apud *Luc.* T. I. p. 25. Graev. *Synes.* p. 28. C. *Lib.* T. I. p. 462. A. & T. II. p. 540. D. & *Ammon.* voc. ἀγωνοθέται, & verb. ἠγωνοθέτει apud *Luc.* Ver. H. II. T. II. p. 119. Hemst. STOEB. Conf. noster V. Βραβεύς. *Demophilus* simil. p. 120. ἡ τύχη ἔοικε φαύλῳ ἀγωνοθέτῃ. *Athenagoras* Legat. pro Christian. p. 56. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν παραλιπόντες οἱ ἀθλοθέται τοὺς κιθαριστὰς, τὰς κιθάρας στεφανοῦσιν αὐτῶν.

1 Οὐκ ἄθρους.] Quod tamen aliquoties occurrit in accus. plur. pro ἀθρόους. Vid. *Suid. Hesych.* & *H. Steph.* At in numero singul. pro ἄθροος non solum Attice non dicitur, sed dubito, an ullus veterum pro ἀθρόος usurparit ἄθρους, licet & ἄθρουν & ἀθρούστερος inveniatur. OUDEND. Videtur hic scribendum esse ἄθρους ob contractionem: nam ἄθρους est ab ἄθροος. WITT. Legendum potius ἄθροος Ἀττ. οὐκ ἄθρους. vid. *Etym.* h. v. col. 25. fin. quemadmodum apud *Thucyd.* legitur ἄθροον ἐμβοήσας. est tamen ἄθρουν apud *Appian.* pag. 820. STOEBERUS.

2 Δευτέρῳ.] T. I. p. 669. Graev. vel T. II. p. 108. Hemst. qui locus ex Cod. A. ita supplëri debet: βοὴ σύμμικτος ἠκούετο ἄθρους καὶ θορυβώδης. Alias enim locus ut est in Editt. hodiern. ad rem Thomae nihil faceret; nec *Lucianus* sibi constaret dicens fuisse βοὴν σύμμικτον, nisi ex ἄθρῳ καὶ θορυβώδει conflata fuisset. Caeterum Cod. B. hanc §. cum alia conjunctim ita legit: ἄθροος Ἀττικοί· οὐκ ἄθρους. καὶ ἀντίξοος (l. ἀντίξοος) οὐκ ἀντίξους. Quem secutus est Vascos. ἀθρέον habet *Thucyd.* lib. II. pag. 120. nisi ibi ἀθρόον legendum. it. *Joseph.* p. 713. G. ἄθρουν est apud *Diod.* lib. III. p. 185. C. *Joseph.* p. 713. E. 750. B. vid. Steph. p. 194. ἄθρους apud *Joseph* legitur p. 789. D. *Plutarch.* in Themistocle pag. 118. B. ἄθρους ὤφθη (πεζὸς στρατὸς) τῶν δυνάμεων ὁμοῦ γινομένων. STOEB MS. Leid. 1. τῷ δευτέρῳ.

3 Ἀληθινῶν.] MS. Oxon. ἐπὶ θινῶν. Ceterum locus hic *Luciani* T. I. p. 669. ed. Gr. longe aliter vulgo exhibetur sc. καὶ μὴν καὶ βοὴ σύμμικτος ἠκούετο, οὐ θορυβώδης. Habet MS. Leid. 1. fine οὐ, βοὴ, σ. ἠ. καὶ θορυβώδης. habet καὶ etiam ed. Rom. OUDEND.

4 Ἀθυμία.] Omittit iterum hanc notam MS. Leid. 2.

5 Πρώτῃ.] Desunt in Oxon. de more. Leguntur autem L. I. c. 37. OUDEND. Cap. 37. p. 15. ed.

σῶν, οὔτε ἀθυμίω. [1] ἄθυμος δὲ μόνον ὁ ὀκνηρὸς εἰς μάχω. Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ· καὶ ἄλλως ἐκ [2] ἄθυμος στρατιώτης.

[3] ΑΘΥΡΜΑ κρεῖττον, ἢ παίγνιον. εὕρηται δὲ παρὰ Πλάτωνι,

---

ed. *Gale*. Lond. 1679. ubi pro ὅτέ τινα, quod eſt in *Thom.* ſcrib. vel ὅτέ τινα, vel, quod magis placet, ὅτε τινὰ δειλ. STOEBERUS.

6 Δειλίην μοι.] Male Oxon. δηλίαν μοῦ. OUDEND.

1 Ἄθυμος δὲ μόνον.] Contra quam *Ariſtoph.* probat auctoritas; quem vid. Lyſiſtr. v. 710. STOEBERUS.

2 Ἄθυμος στρατιώτης.] Apud *Syneſium* Ep. 93. in quarto caſu occurrit. OUDEND. *Herod.* L. VII. c. XI. DRAEK. P. 232. D. ubi ἄθυμοι στρατιώτην. WITT. *Aretaeus* Capp. de Cauſ. Morb. Diut. L. I. c. 16. p. 47. E. ἀδρανέες δὲ καὶ εἰς πᾶσαν πρῆξιν ἄθυμοι.

3 Ἄθυρμα.] *Dionyſ.* Halic. Lib. II. pag. 120. TORREN. Eam vocem ab Alcidamante quondam uſurpatam eſſe tradit *Ariſtot.* Rhet. 3. p. 123. μία μὲν αὕτη αἰτία· μία δὲ τὸ χρῆσθαι γλώτταις, οἷον Λυκόφρων Ξέρξην πέλωρον ἄνδρα. καὶ Σκίρων, σίννις ἀνήρ. καὶ Ἀλκιδάμας, ἄθυρμα τῇ ποιήσει. ſic & pag. 124. καὶ ὡς Ἀλκιδάμας τὴν φιλοσοφίαν ἐπιτείχισμα τῶν νόμων . . . καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἄθυρμα τῇ ποιήσει προσφέρων. Utrumque locum emendare aggreditur vir longe doctiſſimus *Paulus Leop.* Emend. L. 2. c. 6. ſed infelici, ni fallimur, conatu, ea potiſſimum de cauſa, quod Alcidamantis opera interierint, ſine quibus fruſtra omnis ſuſcipiatur labor. Utut ſit, id ſaltem conſtat, hocce nomen ab Ariſtotele in gloſſarum numerum reponi, quibus poëtis, non autem ſolutae orationis ſcriptoribus uti ſemper licuit. Revera quidem ἄθυρμα non ſemel apud *Homerum* legitur, quem ſecuti poëtae, *Apollonius* v. g. l. 3. v. 132. *Oppianus* l. 1. v. 33. imitari non dubitarunt; verum quae vox Ariſtotelis aetate gloſſas inter numerabatur, uſu poſthac magis trita, ab omnibus vulgo coepit uſurpari; eam quippe reperias in ſcriptis *Philonis* p. 786. *Joſephi* p. 405. & 878. *Clem.* Alex. p. 68. *Longi* Paſt. p. 12. Tot ſcriptorum locis deceptus procul dubio *Thomas*, vocabulum ἄθυρμα alteri παίγνιον tanquam minus Attico praetulit: qua de re nos ad *Moerim*. SALL. Vid. *Leopard.* Emend. II, 6. Vox frequens *Libanio*: in Antioch. pag. 387. D. ἀθύρματα σκηνῆς. Mon. in Nicom. p. 203. C. μιμεῖσθαι τὰ παίδων ἀθύρματα &c. quae ab *Homero* expreſſit Il. O, 363. ubi ἀθύρματα Scholiaſtae parvo ſunt παίγνια· quod ſane nomen non minus altero tritiſſimum eſt in Atticis ſcriptoribus, ipſoque *Platone*, cujus ſententia celebratur de LL. Lib. VII. p. 889. E. hominem θεοῦ τι

τωνι, καὶ [1] ἀθυρμάτιον.

[2] ἈΘΥΡΟΣΤΟΜΕΙ͂Ν μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ λοιδορεῖν.

ἈΙΔΟΥ͂Σ ἄξιος κρεῖττον, [3] ἢ σεβάσμιος.

ἈΙΚΙ-

τι παίγνιον εἶναι μεμηχανημένον· neque dubitari poteſt, quin, quae dicuntur ἀθύρματα παιδῶν, eadem & παίγνια rectiſſime dici poſſint. Sed vereor, ut veterum Atticiſtarum mentem bene perceperint Grammatici recentiores, qui, quod illi reſtrinxerant ad uſum aliquem ſignificandi ſingularem, latius, quam par erat, extendendi jus ſibi ſumſerunt: certe quando lupus aut perdix, ut ἄγαλμα vel ἀνάθημα, ſic ἄθυρμα vocatur τοῦ Ἀπόλλωνος, ſive τῷ Ἀπόλλωνι, quod AEliano de Anim. in deliciis fuit, ejus vice παίγνιον licere poni, praeſertim ſi quis Attice loqui ſtudeat, vix eſt, ut concedam. HEMSTERH. Uſus tamen *Plato* pag. 631. B. 633. G. &c. & τῷ παιγνιώδης *Xenoph.* Symp. pag. 512. A-BRESCH. Paſſim apud Atticos & alios pro παιγνίῳ occurrit. V. *Leopard.* Emend. II. 6. & *Heſych.* & *Suid.* ineptit *Moeris* Attic. Inter alios hac voce frequentiſſime utitur *AElian.* in H. A. cujus locus explicandus hac occaſione L. X. c. 35. ἄθυρμα δὲ ὁ πέρδιξ τοῦ Διὸς καὶ Λητοῦς, quod vertitur *Jovem ac Latonam hac ave delectari*: cum ſine dubio ſolus intelligatur Apollo: quare legere mallem τοῦ. ſic X. c. 4. ἱερὰ δὲ τὴν φασσοφόντην ἄθυρμα εἶναι φασιν. Lib. XVI. c. 5. ὁ δὲ ἔποψ αὐτος Ἰνδῶν βασιλεῖ ἄθυρμά ἐστιν. Paſſim ὁ Διὸς καὶ Λητοῦς vocatur Apollo, ut L. X. c. 49. L. XI. c. 2. & 10. & alibi. Sine diſcrimine vero ἄθυρμα tam dativo, quam genitivo jungitur. OUDEND. Παίγνιον tamen apud *AElian.* V. H. lib. V, c. 16. *Syneſ.* p. 222. B. 239. B. *Laërt.* p. 157. F. ἄθυρμα habet inter caeteros *AElian.* Anim. lib. X. cap. 35. STOEBERUS.

1 Ἀθυρμάτιον.] Non ſolum apud *Platonem* ſed & *Lucianum*, ut *Leopard.* obſervat. Hinc *Ariſtophani* σπαλαθυρμάτια in Nub. 630. OUDEND.

2 Ἀθυροστομεῖν.] Infra quoque ait, Τὸ οὐκ ἐπέχει τὴν γλῶτταν δοκιμώτερον τοῦ ἀθυροστομεῖ. V. *Heſych.* eadem habet *Phrynich.* IDEM.

3 Ἢ σεβάσμιος.] Malit *Thomas* αἰδοῦς ἄξιος, nempe cum vel de Deo, vel de homine aliquo, quem ob egregias dotes revereri debemus: ne tamen ipſi aſſentiamur, facit *Orphei*, vel potius Athenienſis *Onomacriti* autoritas, in cujus hymno ad Them. v. 7. illud adjectivum reperitur: Πάντιμ' ἀγλαόμορφε σεβάσμιε, νυκτιπόλευτε. eodem ſenſu *Heliodorus* p. 515. καὶ τοῖς γόνασι τοῦ Χαρικλέους προσπεσοῦσα, ὦ πάτερ, ἔλεγεν, ὦ τῶν φύντων οὐδὲν ἔλαττον ἐμοὶ σεβάσμιε. SALLIER.

1 Καὶ

ΑΙΚΙ'ΖΟΜΑΙ ὑπὸ σοῦ, [1] καὶ αἰκίζομαί σε. τὸ δὲ [2] αἰκίζω, ποιητικώτερον.

[3] ΑΙΣΧΙΟΝ, [4] οὐκ αἰσχρότερον. [5] Ἀριστείδης ἐν Λευκτρικῷ τετάρτῳ· [6] καὶ τί γένοιτ' ἂν αἴσχιον. καὶ αἰσχυντηρὸς, [7] οὐκ αἰσχυντηλὸς. [8] Πλάτων ἐν Γοργίᾳ· αἰσχυντηροτέρῳ μᾶλλον τοῦ δέοντος.

ΑΙΤΙΑΙ, αἱ πρόξενοι. ἐπειδὴ καὶ ἡ πληθυντικὴ εὐθεῖα [9] τοῦ ἀρσενικοῦ [10] τὸ οἱ αἴτιοι, προπαροξύτονός ἐστι. [11] ταῦτα γὰρ ἀεὶ ἐν

---

1 Καὶ αἰκίζομαι.] Oxon. οὐκ αἰκίζομαί σε. prave. OUDEND. *Heliod.* Lib. I. p. 4. ὁ δὲ τραύμασι καίτοι κεκακωμένος — — — καὶ ἡ παρειὰ καταρρέοντι τῷ αἵματι φοινιττομένη κ. τ. λ. *Xenophon* de Republ. Athen. I. 10. ἄν τις τύπτῃ τὸν ἀλλότριον δοῦλον, γραφὰς εἶναι αἰκίας κατὰ τοῦ τύπτοντος. *Athenagoras* Leg. pro Chr. p. 106. καὶ τοῖς ἀστραγάλοις αἰκιζομένους αὐτοὺς λέγειν.

2 Αἰκίζω.] Vitiose apud *Phavor.* editur ἀκίζω. OUDEND. *Soph.* Ajac. v. 402. edit. Lond. 1737. ὀλέθριον αἰκίζει. ad Excerpt. p. 681. STOEBERUS.

3 Αἴσχιον.] Glossam hanc ignorat Leid. 2. pro αἰσχρότερον MS. Oxon. αἰσχρότατον.

4 Οὐκ αἰσχρότερον.] Legitur tamen αἰσχρότερος apud *Heliod.* Lib. II. p. 105. IV. p. 179. Lib. VII. p. 300. & 311. *Appian.* B. Civ. lib. I. pag. 619. *Arrian.* praef. ad lib. I. de Exped. Alex. p. 2. αἰσχρότατος est apud *Laërt.* pag. 556. ed. Casaub. STOEBERUS.

5 Ἀριστ. ἐν Λευκτρ. δ.] Hunc locum non agnoscit Cod. B. uti nec alterum *Platonis.* Leguntur autem *Aristid.* verba T. I. p. 461. l. 1. IDEM.

6 Καὶ τί.] MS. Oxon. οὐ τι Exstant haec verba *Aristidis* T. I. p. 461. OUDEND.

7 Οὐκ αἰσχυντηλὸς] Quod tamen occurrit apud *Aristot.* Rhet. lib. II. T. II. pag. 316 F. & lib. V. Ethic. c. 15. p. 32. vid. *Steph.* Thesaur. T. I. col. 239. qui contrariam huic ex Anonymo Vet. sententiam affert. STOEB.

8 Πλάτων.] Pag. 297. E. idem habet αἰσχυντηλὸς pag. 237. F. p. 238. E. *Aristides* T. II. p. 285. αἰσχυντηλῶς iterum *Plato* pag. 581. B. ABRESCH. Conf. *Phavorinus* & Cl. *Alberti* ad Hesych. V. αἰσχυντηλός.

9 Τοῦ ἀρσενικοῦ.] Delet Oxon. In τὸ οἱ αἴτιοι MSS. Leid. delent οἱ.

10 Τὸ οἱ αἴτιοι.] MS. A. delet οἱ. STOEBERUS.

11 Ταῦτα γάρ.] Malo ταύτῃ γὰρ ἀεὶ ε. τ. τ. ἀκολουθοῦσι καὶ αἱ. &c. ταύτῃ scilicet εὐθείᾳ πληθυντικῇ ἀρσενικοῦ. HEMSTERH. Oxon. Cod. ταύτῃ. Verissime. Locus enim hoc modo legendus & distinguendus est. Ταύτῃ γ. α. ε. τ. τ. ἀκολουθοῦσι καὶ αἱ πληθ. Ait auctor in adjectivis tria genera habentibus accentum pluralium femi-

ἐν τοῖς τεταγμένοις ἀκολουθοῦσι. καὶ αἱ πληθυντικαὶ εὐθεῖαι τοῦ θηλυκοῦ καὶ τοῦ οὐδετέρου. αἰτίαι δὲ αἱ ἀφορμαὶ καὶ αἱ μέμψεις, παροξυτόνως. οὕτω [1] καὶ ὅσιαι γυναῖκες. [2] ὁσίαι δὲ ταφαὶ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ταῦτα ἀρσενικὸν, ᾧ [3] παρακολουθήσουσιν.

[4] ΑΙΤΟΥ͂ΜΑΙ λέγουσιν, [5] ὅταν ζητῇ τις ὃ μέλλει ἀποδώσει.

---

femininorum & neutrorum poni eodem loco, quo ponitur in recto casu pluralis masculini generis. Ταύτῃ ergo scil. πληθυντικῇ εὐθείᾳ. Quia ergo adjectiva αἴτιος & ὅσιος habent in nominativo plurali αἴτιοι & ὅσιοι, ideo etiam femininum & neutrum habent αἴτιαι, αἴτια, ὅσιαι, ὅσια. sed αἰτίαι & ὁσίαι scribuntur, quando subeunt substantiva, & non habent masculinum quod sequantur. Male vulgo post ἀκολουθοῦσι plena ponitur distinctio, cum nulla deberet addi. OUDEND. MS. A. & B. ταύτῃ γοῦν. STOEBER.

1 Καὶ ὅσιαι.] Oxon. αἱ. Ed. Vasc. ὅσαι inepte. OUDEND.

2 Ὅσιαι δὲ ταφαὶ.] Codd. A. B. ὅσιαι δὲ αἱ ταφ. STOEB.

3 Παρακολουθήσουσιν.] Sensus est: Adjectiva foeminina à Masculinis isosyllabis orta in Nominativo plurali eandem accentus sedem habent cum Masculino & Neutro. v. g. αἴτιαι si idem notat quod αἱ πρόξενοι (quae sunt in causa ut aliquid fiat) est adjectivum, & descendit à Masc. αἴτιοι. hinc est, quod accentum Masculini servet. Sin vero αἰτίαι scriptum παροξυτόνως, oritur a substantivo αἰτία, ideoque in plurali accentus singularis manet. Eodem modo ὅσιαι γυναῖκες sanctae mulieres, *die Nonnen*, est à Masc. ὅσιος· ὁσίαι vero αἱ ταφαὶ est a Subst. ὁσία, quod ταφὰς notat. Legitur ὁσία apud *Aristoph.* Plut. v. 682. conf. *Hesych.* voc. σπανίαν. WITT. Emendat *Hemsterhusius* παρακολουθήσωσιν, & ita plane legit Cod. Leid. 2.

4 Αἰτοῦμαι.] Differentiam hanc notarunt plerique Grammatici. V. *Kuster.* ad *Suidam* V. αἰτήσασθαι. OUDEND. *Xenophon* Lib. I. Hist. Græc. p. 429. *Antiphon* Orat. I. pag. 19. *Lysias* Or. 18. pag. 295. DRAEK. Docet hic auctor τὸ αἰτεῖσθαι dici de eo, qui *mutuum quid petit*, sive *qui petit aliquid quod redditurus est*: αἰτεῖν vero de eo, *qui quid petit, quod redditurus non est.* Porro dicit, αἰτοῦμαι etiam reperiri ἁπλῶς, ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς αἰτῶ. Rectius mea quidem opinione dixisset: αἰτοῦμαι ἀπλικῶς, ἀντι τοῦ μεθ' ἱκεσίας αἰτῶ, i. e. αἰτοῦμαι Attice, pro *suppliciter* & *obnixe aliquid rogo*, uti docet nos Schol. *Aristoph.* ad Plut. pag. 17. h. v. αἰτῶ καὶ αἰτοῦμαι τὸ αὐτὸ, ὥσπερ ποιῶ καὶ ποιοῦμαι, πλὴν ὅτι τὸ μὲν αἰτῶ, τὸ ἁπλῶς ζητῶ, τὸ δὲ αἰτοῦμαι, τὸ μεθ' ἱκεσίας. Hoc sic

ϛεῖν. οἷον ἐπὶ δανείου. αἰτῶ δὲ ἄρτον, ὃν δηλονότι οὐκ ἀποδώσω.

---

sic esse patet ex ipsius *Aeschyli* exemplo, quod auctor noster allegat:

> Σωτὴρ γένου μοι σύμμαχός τ' αἰτουμένῳ.

Sis servator & auxiliator mibi, qui supplex id rogo. ibi αἰτουμένῳ, non est simpliciter, *petenti*. BOS. Cl. *Bos* putat eum rectius dicturum fuisse cum *Aristophanis* Schol. αἰτοῦμαι τὸ μεθ' ἱκεσίας. Hunc sane sensum saepius recipere ex exemplis patet. Illustre est *Xenoph.* Exped. Cyri, Lib. II. p. 280. καὶ ἐπεὶ ὑμᾶς εἶδον εἰς πολλὰ κακὰ καὶ ἀμήχανα ἐμπεπτωκότας (sic malim ex *Suida* V. εὕρημα, ubi modo habet εἰς πολλὰ κἀμήχανα ἐμπεπτ. vulgo ἐμ non comparet) εὕρημα ἐποιησάμην, εἴπως δυναίμην παρὰ βασιλέως αἰτήσασθαι, δοῦναί μοι ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα. & mox ᾐτούμην βασιλέα. Alibi αἰτεῖσθαι ἀγαθὰ παρὰ θεῶν, quod notarunt Lexica. Sic quoque in exemplo *AEschyli* Choëph. vs. 2. (quod repetitur in *Aristoph.* Ran. vs. 1156. & 1181.) ut observavit Cl. *Bos.* At αἰτοῦμαι in exemplo *Libanii* est simpliciter pro αἰτῶ, de quo in nota sequente. Ut vulgo αἰτεῖν εἰς γάμον dicitur, sic etiam αἰτεῖσθαι apud *Longum* Lib. 3. p. 93. ed. Moll. λειπόμενος δὲ πολὺ τῶν αἰτουμένων. OUDEND. Conf. *Ammon.* voc. αἰτῶ. p. 5. *Valken. Aristoph.* ita h. v. utitur *Plut* v. 156. STOEB. Thomae praeivit *Ammonius*, neque aliter caeteri grammatici, nempe *Etym.* Magn. & *Harpocration*, quibus praeter Menandri locum favent complura graecorum scriptorum loca. Sic *Aristophanes* de eo verba faciens qui pecuniam non redditurus dari sibi postulat, voce αἰτῶ utitur Plut. v. 156.

> ΧΡ. οὐ τούςγε χρηςοὺς, ἀλλὰ τοὺς πόρνους. ἐπεὶ
> Αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηςοί.

Eodem sensu reperitur & apud *Theophrastum*, Char. c. 11. καὶ φράτορας ἑςιῶν αἰτεῖν τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ κοινοῦ τὸ ὄψον. &c. αἰτοῦμαι quod spectat, tunc usurpari solet, si Grammaticis fides, cum aliquid mutuum accipitur; quam illorum sententiam stabiliunt imprimis haec *Lysiae* Orat. 18. p. 306. χαλκώματα δὲ σύμμικτα οὐ πολλὰ ἐκέκτητο. ἀλλὰ καὶ ὅθ' εἱςία τοὺς παρ' Εὐαγόρου πρεσβεύοντας, αἰτησάμενος ἐχρήσατο. Lysiam sequitur *Theophr.* Charact. c. 18. καὶ ὅτ' ἂν ἥκῃ τις αἰτησάμενος ἐκπώματα, μάλιςα μὲν μὴ δοῦναι. quae postrema depravata esse cum viri docti recte judicarent, alius aliter emendavit Nos omissis parum verisimilibus illorum conjecturis, ita legi debere suspicamur: καὶ ὅτ' ἂν ἥκῃ τις αἰτησόμενος ἐκπώματα, μάλιςα δεόμενος, μὴ δοῦναι id enim videtur sibi velle *Theophrastus*, hominem illum ἄπιςον, si quis ab ipso pocula quibus maxime indiget, commodato roget, daturum tamen negare. Ac primum quidem ex μὲν nulla prope mutatione feci-

mus

δώσω. εὕρηται δὲ καὶ αἰτοῦμαι Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς αἰτῶ. Αἰσχύλος.

Σωτὴρ γενοῦ μοι, σύμμαχός τ' αἰτουμένῳ.

καὶ [1] Λιβάνιος ἐν ἐπιστολῇ τῇ, οἶδά που Μάρκελλον· τὶ τοί:ιαυ

---

mus δεόμενος, cum *Steph.* & *Casaubonus* majus quid audeant: deinde vero, nostra hac emendatione semel recepta, magis ad vivum expressa videbitur viri illius imago, qui de aliorum omnium fide minus recte sentit, utpote qui amicum pocula rogantem, vel eo ipso tempore, quo maxime indiget, audire nolit. Sed ut ad αἰτῶ, & αἰτοῦμαι redeamus, ea lege quam ferunt Grammatici, scriptores graeci sese teneri non semper existimarunt: verbum à Posidonio usurpatum occurrit apud *Diog.* Laërt. p. 193. εὔξεταί τε, φασὶν, ὁ σοφὸς, αἰτούμενος ἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν καθά φησὶ Ποσειδώνιος ἐν τῷ περὶ καθηκόντων. At à Deo nihil postulamus animo reddendi: Posidonius igitur, si grammaticorum legibus obtemperare voluisset, αἰτῶν, non αἰτούμενος scribere debuit. SALLIER. *Sophocles* apud *Plutarchum* de fortuna p. 98. A.

> Τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ
> Ζητῶ, τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην.

Conf. *Valckenaerius* Animadv. ad *Ammonium* lib. I. c. 11. p. 32. αἰτῶ καὶ αἰτοῦμαι διαφέρει, inquit *Tzetzes* ad Hesiod. pag. 145.

5 Ὅταν ζητῇ.] Scrib. ὅταν ζητῇ τις ὃ μέλλει ἀποδώσειν. WITTERUS.

1 Λιβάνιος.] Exstat haec *Libanii* epistola in Centuria epistolarum ejus a *J. C. Wolfio* editarum p. 178. ubi tamen legitur αἰτοῦμεν, quando *Thomas* locum adfert ideo, ut probet αἰτοῦμαι adhiberi Attice. Itaque dispiciendum est, quam lectionem codices *Libanii* h. l. tueantur. Id vero apparebit, quamprimum Centuriae XVI. epistolarum ejus, quae cum maxime ejusdem *Wolfii* cura apud nos prela exercent, in lucem prodierint. WOLFIUS. Exstat ep. CCCLXV. at ibi vulgo editur αἰτοῦμεν, nec de ulla varietate fit mentio per Cl. *Wolfium*, ut in Miscell. Observ. Vol. v. T. 3. p. 35. promiserat. Verum *Phavorinus* nostrum describens habet quoque αἰτοῦμαι, quare hoc praefero. OUDEND. Desunt haec omnia in A. STOEB. Locus est ex epist. 163. MS. quae est ad Anatolium. Legitur autem inter Epist. a *Wolf.* edit. Num. LX. leg. τί pro τὶ & pro πῆρ abbrev. πατήρ. quemadmodum πρα pro πατέρα & μρι pro μητρὶ in MSS. ubivis obvia. Idem vitium apud *Hesych.* v. γελοῖος & γενέσια. WITTER.

1 Ὀψί-

τοίνυν αἴτυμαι, Μάρκελλος [1] ὀψέ ποτε [2] γίνεται πατήρ. ἔςι δ᾽ αἴτυμαι, καὶ τὸ παρά τινος ζητῦμαί τι, [3] ὡς ὁ αὐτὸς ἐν ἐπιςολῇ· [4] καὶ τῦτο πολλάκις ἔφαζκες ἀδικεῖσθαι, μηδὲν αἰτύμενος παρ᾽ ἡμῶν.

[5] ΑἸΧΜΑ΄ΛΩΤΟΝ ποιῶ, καὶ αἰχμάλωτος γίνομαι, Ἀττικοὶ λέγυσιν. [6] αἰχμαλωτίζω δὲ καὶ αἰχμαλωτίζομαι καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τύτων χρόνοι, ἀδόκιμοι παρ᾽ αὐτοῖς.

[7] ἈΚΑΙΡΙ΄Α, ἔνδεια καιρῦ ἐπιτηδείυ. Ἀσχολία ἡ περί τι ἀναςροφή.

ἈΚΑΝ-

---

1 Ὀψέποτε.] Leidenſ. 1. ὀψέτε.

2 Γίνεται πτήρ.] Sic inepte editum a *Blancardo* pro γίγνεται πατὴρ, ut bene in ed. Vaſcoſ. cum alterum ſit compendium. Male vero Ed. Vaſcoſ. γίνηται. OUDEND.

3 Ὡς ὁ αὐτ.] Deletur in B. ὁ. STOEBERUS.

4 Καὶ τῦτο.] Exemplum hoc apud *Libanium* exſtat epiſtol. MCLXVIII. verum hae duae voces ibi non leguntur, uti nec apud *Phavorinum*. Epiſtola autem inſcripta eſt Θεοδότῳ, ut videri poſſet inde natas eſſe, quod tamen ego non putem. Pro παρ᾽ ἡμῶν, ut eſt quoque in *Phavor.* in *Libanio* ἐμῦ rectius forſan, licet fere perinde ſit. OUDEND. Deſunt haec in A. ſed in B. integra leguntur. STOEBERUS.

5 Αἰχμάλωτον.] Add. Phryn, pag. 82. αἰχμαλώτυς γενομένυς *Herodot.* lib. V. ὓς ἔλαβον αἰχμαλώτυς *Thucyd.* lib. I. p. 22. A. *Xenoph.* Cyrop. III. STOEB.

6 Αἰχμαλωτίζω.] V. *Heſychius. Elſnerus* ad 2. Epiſt. ad Corinth. X, 5. Epheſ. IV, 8. OUDEND. Eſt apud *Diod. Sic.* lib. III p. 150. A. *Arrian.* III, 22. p. 137. ἵνα τήν τε μητέρα αἰχμαλωτισθεῖσαν &c. vid. & *Arrian.* in *Epict.* lib. I. c. 28. p. 157. STOEBER. Ea tamen voce utuntur Scriptores non contemnendi, e quorum numero *Joſephus* p. 890. αἰχμαλωτίζεται δ᾽, inquit, ὑπὲρ χιλίυς, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἐξελάσας, ἐγκαθίςησι τ. ἰδίας δυνάμεως οὐκ ὀλίγον. & *Heliodorus* AEthiop. L. VII. p. 324. ait: καὶ δεσμώτας ὥσπερ αὐθαιρέτυς τῇ πολεμίᾳ προςῆγε, δι᾽ ὀνόματος φιλανθρώπυ ξενίας, νέυς καὶ ξένυς καὶ ἀπείρυς τῦ μέλλοντος αἰχμαλωτίζυσα. SALLIER. Gloſſ. N. T. pag. 101. Αἰχμαλωτίζοντα, εἰς δυλείαν ἄγοντα. ubi vid. Cel. *Alberti*. Conf. quae ex *Heupelii* Miſcell. Philol. notavit *Wolfius* Obſerv. Miſc. Vol. V. T. III. p. 33.

7 Ἀκαιρία.] Adde Ammon. h. v. STOEBERUS. Conf. *Ammonius* p. 9. ex quo noſter deſumſit. Recte vero ibi notat Cl. *Valckenaerius*, *Blancardum* male gloſſam ἀσχολία ab hac divulſiſſe. *Theophr.* Char. Cap. XII.

B 4 1 Ἀκαι-

[1] Ἀκανθοπλήξ, [2] οὐκ ἀκανθόπληξ.

1 Ἀκανθοπλήξ.] Fabula *Sophoclis* Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλὴξ, ut rectius scripsit *Jo. Meurs.* in *Soph.* quam, quod miror, *Is. Casaub.* Anim. ad *Athen.* VII, 4. ἀκανθοπληγής· *Ulysses pastinacae marinae radio percussus* a Telegono filio; quomodo heröem illum Homericum interiisse multi tradiderunt. Vitiose legitur in Schol. MS. ad Il. Α. 135. καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἀγαθοπλῆγι· Εἰ μή τις ἦν ἔξεστιν· εἰ δὲ μὴ, λέγε. Apollodori Tarsensis eodem titulo tragoedia memoratur a *Suida*, in quo dubitari potest an, quae aliis interjectis separantur, jungenda sint Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ. Non inepte recentior Schol. ad *Sophocl.* El. v. 5. observat, quae sint ex πληκτὸς composita nomina, vim habere passivam; quibus autem πλὴξ accedat, iis & activam inesse, & passivam: illa quidem rarior, ut in βουπλὴξ, quod protulit, & βαθυπλὴξ σκόρπιος *Nicand.* apud *AElian.* de Anim. X, 49. haec multo frequentius usurpata: καταπλὴξ Εἰλειθυία unde fuerit ab eo sumta, patebit ex *Harpocr.* in V. Hujus formae plura notat *Eustath.* ad Il. Ζ. p. 629. v. 54. inter quae ex *Callimacho* μεθυπλὴξ, quod & *Leonides* adhibuit Anth. IV. c. 27. Ep. 16. Idem est οἰνοπλὴξ apud *Hesych.* ex veteri Tragico in Μεθυστάδες. cujus vice forma variata *Basilius* οἰνόπληκτον dixit T. II. p. 126. D. Pro mastigia seu verberone νωτοπλῆγα suppeditant ex *Aristoph.* *Pollux* II, 180. ex Pherecr. *Suidas.* Delus ἁλιπλὴξ *Callimacho* H. in Del. v. 11. ejusdem potestatis, atque ἁλίξαντος. Pereleganter de Anaxarcho Timon in Sillis apud *Plutarch.* T. II. p. 446. C. 705. D. —— φύσις δέ μιν ἔμπαλιν ἦγεν Ἡδονοπλήξ. Quodvis animal, ubi in retia vel casses incidisse se sensit, consternatum, & pavido motu expedire corpus tentans recte dicatur λινοπλήξ· unde facilis est transitus ad vim significandi figuratam, quae notatur ab *Hesychio* & *Suida*. Λινοπλῆγος, φρενοπλῆγος· at Numenius certe apud *Athen.* VII. p. 321. B. sargum active vocat λινοπληγέστατον ἰχθῦν, qui vehementi jactatione rete frangere ac perrumpere conetur: hinc magnus *Casaubonus* rationem translatae virtutis petendam esse statuit; utrum melius, lectoris arbitrio permitto. Equus quidem ὀρθοπλὴξ, ut in Gloss. *Sternax*; aut, ὁ ὀρθὸς αἰρόμενος καὶ πλήσσων, ut *Eustath.* p. 629. v. 54. cujus exemplum servavit ex Aristophane *Suid* in V. De accentu vero, vix aliter positum invenias, quam hic & in Λινοπλὰξ *Thomas* praecipit; nisi quod γυστεόπληξ editum sit apud *Eustath* ad Od. Σ. p. 1837. v. 39 HEMSTERH.

2 ΟΥ'Κ ἀκανθόπληξ.] Ὁ πληγωσόμενος explicat Lexic. *Herodot.* pag. 35. edit. Jungerm. signi-

[1] ἈΚΕΣΤΗΣ ἱματίε, [2] λογογραφικόν. καὶ ἀκούμενος ἱμάτια. [3] Λουκιανὸς ἐν νεκυομαντείᾳ· [4] μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. ἠπήτης δὲ, ποιητικώτερον. [5] Ὅμηρος ἐν βατραχομυομαχίᾳ. ὁ δὲ [6] ἠπήτης ἐπίςη. τὸ δὲ

---

significat autem a spina ictus. Est & Apollodori fabula Ἀκανθοπλὴξ inscripta apud *Suid.* voc. Ἀπολλόδωρος Ταρσεύς. STOEBER. MS. Oxon. καὶ οὐκ ἀκ. Lexic. *Herod.* ἀκανθοπλὴξ, ὁ πλησσόμενος.

1 Ἀκέςης.] MSS. A. & B. ita: ἀκεςὴς ἱματίε καὶ ἀκούμενος ἱμάτια λογογραφικά. STOEB. Conf. *Foesii* Oecon. Hipp. Gloss. *Cyrilli* p. 4. ἀκεςὴς, *medicus.* ἀκεςὴς, *Acestus & sartor.* Ἀκάςη ἡ θεραπεία apud *Hesiodum* Theogon. p. 262. Schol. *Homeri* ad Iliad. X. vs. 2. κυρίως ἀκεῖσθαι τὸ ἄχος ἰᾶσθαι καὶ τὸ ὅπως δήποτε θεραπεύειν, ὅθεν Φρύγες ἀκεςὴν τὸν ἰατρὸν, καὶ Ἀθηναῖοι ἀκέςορα φασί. conf. *Erotianus.* δίκτυον ἀκέσασθαι *Alciphron* L. I. ep. 14. p. 60. Jo. *Rhodius* de Acia p. 133. ἠκέςατο τὸ δίφος dixit *AElian.* V. H. Lib. I. c. 4. *Themistius* Or. XXI. p. 250. καὶ τὸν χιτῶνα ἐκεῖνον πράγματα παρέξειν ταῖς ἀκεςρίαις. *Moschop.* περὶ σχεδ. p. 189. ἠπῶ παρασπωμένως, τὸ ῥάπτω.

2 Λογογραφικόν.] Λογογραφικὸν pone e MSS. post ἱμάτια. OUDEND.

3 Λουκ. ἐν Νεκυομ.] T. I. p. 337. Graev. STOEBER.

4 Μισθῦ.] Exstant T. I. p. 337. OUDEND.

5 Ὅμηρ. ἐν βατραχ.] Cod. A. & B. ἐν μυοβατραχομαχίᾳ. STOEBERUS.

6 Ἠπήτης.] Severa est *Phrynichi* in hoc vocabulum sententia p. 32. severior etiam AElii Dion. apud *Eustath.* ad Od. K. p. 1647. v. 59. qui τὸ ἠπῆσαι παντελῶς βάρβαρον pronunciat: συμφθέγγεται δὲ, inquit *Eustathius*, τῷ Διονυσίῳ καὶ ἡ συνήθεια, παρ' ᾗ τὸ σουβλίῳ τρυπᾷν ἠπᾷν λέγεται, καὶ τὸ τῆς ἠπήσεως ὄργανον ἠπητήριον. Huic adjungere *Pollucem* licet, quippe qui vocem ne mentione quidem dignatus sit. Horum rigorem eo usque temperat *Th. Magister*, ut nec Atticis usum ejus verbi interdicat; fretus scilicet auctoritate, quam plurimi facit, *Aristidis*, cujus prolatum testimonium invenies T. III. p. 511. B. *Galenus* certe, quantumvis Atticistarum saepe superciliosus insectator tum maxime, si medicinae res agatur, styli tamen concinni & Attici studiosissimus, τὸ ἠπᾶσθαι minime respuit: T. VI. pag. 24. B. ἠπῶν) τὰ ῥαγέντα τῶν ἱματίων. pag. 10. D. ἄλλε μὲν τεχνίτε ποιεῖν ἱμάτιον, ἄλλε δὲ ἠπῆσαι ῥαγέν· p. 18. C. ἄλλης μέν ἐςι τέχνης ὑπόδημα ποιῆσαι, τὸ δ' ἠπῆσαι τοῦτο παθὸν ἑτέρας· quod iisdem in locis mutata phrasi dixit τὰ πεπονη-

πεποιηκότα, τὰ παλαιὰ τῶν ὑποδημάτων ἐπανορθώσασθαι. Quin priscis fuerit usitatum, dubitari non potest, quandoquidem ἠπητὴς occurrit in Batrachom. v. 183. cujus carminis auctor, si non *Homerus*, utique vetustissimus: Tigretem quendam Carem Codex aliquis vitiosus *Nunnesio* suppeditavit ad *Phrynich.* pag. 32. qui scribendus erat Pigres, ut satis ex *Suida* constat in illa V. *Xenophontem* addere non vereor, K. Π. I. p. 18. v. 1. ubi pro eo quod editur, ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων εἰσὶ τινὲς ἀκεσταὶ, quidam veteres libri, interque eos optimus Biblioth. L. B. ubi vulgaris lectio recentiore quidem, quam qua Codex, sed antiqua tamen manu scripta marginem occupat, praebent ἠπηταί. illa enim apis Attica voces phrasesque tum poëticas, tum Doricas, quarum in aliis scriptoribus Atticis nullum est vestigium, si virtutem orationi adjungant, non aspernatur. Porro —— καὶ κόσκινον ἠπήσασθαι ex *Hesiodi* Ὑποθήκαις *Aristophanem* usurpasse, ludendi gratia nec ne, nihil interest, *Phrynichus* ostendit, cui mentionem Comici debet *Thomas*; nam fabulam Δαιταλεῖς haud magis ipse legerat, quam quisquam nostrûm. Ex scriptore Dorico, ut credi par est, Doricam formam servavit *Hesych.* in Ἀπήτρια. quam tamen apud *Moerid.* in Ἀκέστρια retinendam non puto. Tandem non alia videtur translatae significationis in ἠπᾶσθαι fuisse ratio, quam in ἀκεῖσθαι· etenim persuasum habeo, *leniendi sanandique* potestatem olim in eo resedisse. Attamen negari non potest, quin Attici ea vi, quae *laesa reficere & sarcire* notat, ἀκεῖσθαι potissimum adhibuerint, & quae inde ducta fluunt nomina: nec mirum, quum Graecis Atticisque maxime solemne sit *integra*, *nullaque parte frangendo scindendove violata* vocare vel σῶα· ut σώας κριθὰς ἐσθίειν, quod antequam molere didicissent, homines solebant; σῶα σήμαντρα, apud *Herodot.* II, 121. & *Philoni* Jud. p. 896. A. σῶοι oppositi τοῖς τὰ σώματα ἠκρωτηριασμένοις· vel ὑγιῆ, quemadmodum *Thucyd.* VIII. p. 573. v. 62. νῆες ὑγιεῖς. (*Homerus* habet Νῆας ἀκειόμενοι, τὰς οἱ ξυνέαξαν ἄελλαι. Od. Ξ, 383.) ἢ μὴν τὸν Ἑρμῆν ὑγιᾶ τε καὶ ὅλον εἶναι. *Lys.* in Andoc. p. 104. v. 16. τὸ ἔδαφος καὶ τοὺς τοίχους ὑγιεῖς *Aristot.* Θ. Ακ. pag. 113. v. 3. *Sext. Emp.* contraria junxit ὑγιὲς ἱμάτιον & διεῤῥωγὸς p. 481. v. 45. In *Pindari* Π. Ε. 66. ὅλον δίφρον Schol. exponit ἄθραυστον καὶ ὑγιᾶ· adde *Hesych.* in Ἀνοσόμοι. Ergo & ἰᾶσθαι, pari ratione atque ἀκεῖσθαι, *reparare quae laesa sint*: *Libanius* dabit πεπληγυῖαν ἐν ταῖς πέτραις τὴν δίκελλαν ἰασόμενος, *curaturus*, *ut fractus ligo reficiatur* T. I. pag. 793. C. *Galen.* T. VI. p. 20. F. ἆρ' οὖν ἢ παθεῖν ἔξω τούτων ἱμάτιον ἢ ἰαθῆναι δυνατόν; . . . ἴασιν τε μίαν εἶναι· ἀκεστρείας *Etymol.* esse monet τὰς δι' ὀξυτάτων ῥαφίδων ἰωμένας τὰ διεῤῥηγμένα (egregius Biblioth. L. B. Codex τὰς λαβίδας corrupte pro λακίδας)

δὲ ῥάπτης κοινόν. καὶ [1] ἀκέσασθαι μέντοι καὶ ἠπήσασθαι [2] Ἀττικοί. [3] Ἀριστείδης ἐν τῇ κοινῇ ἀπολογίᾳ· τῶν ἱματίων τῶν [4] ἠπημένων [5] οὐδὲν διαφέροντες. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσι·

δας) τῶν ἱματίων. Verum ab hoc verbo, quantum recordari possum, derivata, si solam ἴασιν exceperis, potestatem eam non admittunt: alterum contra ad multa, quae gignit, vocabula propagat. Tritum est ἀκεστής. *Plato* roganti Dionysio, quale ipsi videretur juste & ex aequo judicare, hac enim laude censeri volebat tyrannus, respondit: σμικρὸν μὲν ὄν, καὶ πολιτικοῦ (hanc vocem interponi debere ex *Eusebio* manifestum est Chron. I. p. 56. v. 10.) μέρος ἔσχατον· ἀκεσταῖς γὰρ ἐοίκασιν οἱ ὀρθῶς δικάζοντες, οἵτινες τὰ διεῤῥωγότα ἱμάτια ἀνυφαίνουσι· *Olympiod.* V. Plat. p. 586. Hinc ἀκέστρια, ἀκέστρα, ἡ τῶν ἱματίων ἀκεστική ignota Lexicis apud *Galen.* T. VI. pag. 27. ἀκεστήριον, quod *Hesych.* explanat ἠπητήριον, usurpatum a *Liban.* in Antioch. p. 384. D. Hunc in modum possessione dejectum ἠπῶ ῥῆμα τὸ ῥάπτω, ut in Gl. MS. legitur, quasi delituit, donec tandem, quod & multis aliis accidisse vocibus apertum est, in usum communem revocaretur, & quamvis ab Atticistis diu exclusum, jus pristinum obtineret: quare apud aevi recentioris scriptores & Grammaticos, praesertim quum ἀκεῖσθαι, ἀκεστής &c. exponunt, frequentatur. Vid. *Hesych.* in Κωβηλίνη, Ἠπήτρια, & quos ad eum locum notavit Eruditiss. *Alberti.* HEMST. Scil. vs. 183. ubi μοι ἠπέστη. ut citat *Leopard.* lib. X. Emend. c. 3. Ceterum post haec adde e MSS. Oxon. & Leidd. & Edd. Rom. & Vasc. ac *Leopard. Nunnes.* ad *Phrynic.* τὸ δὲ ῥάπτης κοινόν. OUDEND. Perge ex A. B. & Edit. Rom. τὸ δὲ ῥάπτης κοινόν. apud *Homer.* Batrach. v. 183. legitur: ὁ δ' ἠπητής μοι ἐπέστη. STOEB.

1 Ἀκέσασθαι μέντοι καὶ ἠπήσασθαι.] At vero reliqui Grammatici ultimum verbum non tantum non Atticum, sed barbarum esse, vel saltem commune statuunt, quod ultimum verum credo. Vid. *Leopard.* l. c. *Nunnes.* ad *Phryn.* p. 32. comment. ad *Suid.* & *Hesych.* his vocibus. Leid. MS. 2. ἠπήσκεσθαι. OUDEND.

2 Ἀττικοί.] Deest quoque cum *Aristidis* exemplo in Leid. 2. & Leid. 1. hoc exemplum ponit post alterum *Aristophanis.* IDEM.

3 Ἀριστείδ. ἐν κοιν. ἀπολ.] Delentur in A. STOEBERUS. 511. b. In Oxon. *Aristidae* nomen tantum legitur, sine orationis mentione, quod saepius ibidem fieri, observavi. WOLF.

4 Ἠπημένων.] MS. Leid. 1. ἠπημάτων.

5 Ου-

λεῦσι· καὶ κέσκινον ἠπήσασθαι. καὶ ἀκέστρα ἡ βελόνη. [1] Λουκιανὸς ἐν τῷ Χάρωνι καὶ Ἑρμοῦ διαλόγῳ· καὶ [2] ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου.

[3] ἈΚΚΙΣΜΟΣ, τὸ λεγόμενον ἰδίωμα, [4] ἤτοι ἡ προσποίησις. καὶ ἀκκίζομαι, τὸ προσποιοῦμαι. Λιβάνιος ἐν [5] ἐπιστολῇ· εἰ καί τινα ἀκκισμὸν ἐμοὶ φέρει. Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ τῇ, Ὀδυσσεὺς ἔπειθε τὸν Πολύφημον· σὺ δὲ ἀκκίῃ καὶ [6] κατειρωνεύῃ.

ἈΚ-

---

5 Ὀυδὲν διαφέροντες.] Post haec Cod. B. καὶ ἀκέστρα ἡ βελόνη. De qua Schol. *Luciani* ex MS. Coisl. ita: ὅτι ἀκέστρα ἡ βελόνη ἡ μείζων, ἣν νῦν σακκοράφιον καλοῦσιν. Ἀκέστρα δὲ διὰ τὸ ἀκεῖσθαι ἤτοι συῤῥάπτειν τὰ διεῤῥωγότα τῆς ἐσθῆτος· τοῦτο δὲ καὶ ἠπήτριον φασιν, ἐπεὶ καὶ ἠπήτρια καὶ ἠπήτης, καὶ ἀκέστρια καὶ ἀκεστὴς, οὓς νῦν ῥάπτας καλοῦσιν. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὡς οἱ παλαιοὶ γυναιξὶν ἐχρῶντο εἰς ταύτας τὰς ἐργασίας. Vid. *Phryn.* V. ἀκεστὴς p. 16. & *Nunnes.* ad eund. loc. STOEBERUS.

1 Λουκ. ἐν τῷ Χαρ.] T. I. p. 268. Graev. ubi vid. *Hemst.* Conferri quoque ad hunc §. merentur *Phryn.* p. 14. 16. *Graev.* ad *Luc.* T. I. p. 959. *Erotian.* voc. ἀκέσιας. *Hesych.* ἀπήτρια, ἀκέστρια. STOEBERUS.

2 Ἀκέστραν.] Vid. Cel. *Hemsterhusius* p. 5. emendandus *Erotianus* in Lex. Hipp. V. Ἀκεσίας, ubi ait καὶ οἱ Ἀττικοὶ τὰς ῥαφίδας ἀκεστρέας καλοῦσιν. l. ἀκέστρας, ut id jam *Nunnes.* & *H. Stephanus* viderunt: ῥαφὶς enim idem quod βελόνη vid. *H Steph.* *Pauw* ad *Phryn.* l. c. *Suid.* & quem ibi laudat *Kusterus* *Helladium* apud *Photium* pag. 1589. Pro ἱστίου Leid. 2. ἱματίου. OUDEND.

3 Ἀκκισμὸς.] Non ἀκισμὸς & ἀκκίζειν non ἀκίζ. ut in edit. Rom. ex MSS. quibus adstipulantur *Moeris* & *Phavor.* STOEB. Vid. Cel. *D'Orville* Animadv. ad *Chariton.* lib. I. c. XIV. p. 145.

4 Ἤτοι.] MSS. A. & B. ἤγουν. STOEBERUS.

5 Ἐπιστολῇ.] Haec hactenus non exstat: comparebit autem inter Wolfianas. WOLF. Male leg. in Cod. B. Λιβ. ἐν τῇ ἐπιστ. τῇ Ὀδυσσεὺς ἔπειθε Πολυφ. quae Synes. post adscr. quem vide p. 257. C. ex quo loco scrib. κατειρων. pro κατειρων. STOEBERUS.

6 Κατειρωνεύσῃ.] Ita edidi pro vulgato κατειρωνεύσῃ Editam a me lectionem tuentur Cod. Leid. 1. Oxon. & Rom. ed. tum *Synesii* exemplaria; & ita emendandum esse praeceperant quoque *Hemsterhusius* & *Torrenius.* Caeterum hanc glossam ignorat Cod. Leid. 2.

1 Ἀκ-

[1] ἌΚΝΑΠΤΟΝ, οὐκ ἄγναφον. ὥσπερ καὶ κναφεὺς, [2] οὐ γναφεύς. Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ τῇ, ὥσπερ ἄλλοτε πολλάκις· ἰὼ οἱ κναφεῖς ἐπὶ τοῖς ἱματίοις τοῖς [3] πιναροῖς. καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ· τὶ ἂν οἴει πάσχειν αὐτὰ λακτιζόμενα καὶ νιτρούμενα, καὶ πάντα τρόπον κναπτόμενα.

ἈΚΟΥΣΜΑΤΑ κάλλιον, ἢ [4] ἀκροάματα. ἀκρόασις δὲ, οὐκ [5] ἄκουσις. κοινὸν γάρ.

Οὐ μόνον [6] ἌΚΡΑ πόλις [7] ἡ ἀκρόπολις, ἀλλὰ καὶ ἄκρα μόνον.

ἈΚ-

1 Ἄκναπτον.] Videtur legendum ἄκναφον, quod habet *Poll.* p. 712. Usitatius est ἄκναπτον. Sed hoc sibi velle videtur *Thomas*, etiam si pro ἄκναπτον dixeris ἄκναφον, tamen per κ non per γ scribendum; quod seq. κναφ. οὐ γναφ. subinnuunt. ἄγναπτον est apud *Polluc.* IV. 119. Conf. *Lucian.* T. I. p. 46. *Graev.* STOEBERUS.

2 Οὐ γναφεύς.] Quod tamen legitur in *Aristoph.* Σφηξ. vs. 1123. *Lys.* Orat. II. c. 5. *AElian.* V. H. V. 5. *Phavor.* voc. γναμπτὴ· ubi: ἱστορεῖται γὰρ ἰχθὺς γναφεὺς, οὗ τὸ ἐκ τῆς ψήσεως ὑγρὸν &c. leg. ἑψήσεως ex Athenaeo. *Xenoph.* p. 612. L. 38. conf. *Corinth.* p. 673. *Steph.* p. 56. *Joseph.* p. 913. D. κναφεύει est apud *Arist.* Plut. vs. 166. κνάπτεται *Laërt.* p. 98. E. & 122. E. κναφεὺς *Dio* pag. 337. B. D. *Lucian.* Icaromen. T. I. p. 690. *Basil. Ed.* Ὁ μὲν γεωργὸς ᾔτει ὑετὸν, ὁ δὲ κναφεὺς ἥλιον. Idem in Δραπέτ. ἀπίκειρε γὰρ ἐν τῷ γναφείῳ καθήμενος. & statim: ἀκριβῶς ἑαυτὸν ἐπιγνάψας. WITTER.

3 Πιναφοῖς.] Πιναροῖς Oxon. item editio Venet. & Vascos. recte. WOLF. L. ῥοῖς. Locus *Synes.* p. 182. D. in altero leg. τί pro τι & οἴει pro οἴει, uti & in MSS. legitur. STOEBER. Quibus adstipulatur Leid. 1. Ignorat autem hanc glossam cum sequente Cod. Leid. 2.

4 Ἀκροάματα.] Adhibet tamen saepe *Xenophon* & *Aristid.* T. I. p. 578. ABRESCH. *Isocrates* ad Demon. p. 49. 51. DRAEK. Ἀκούσματα in majore usu est quam ἀκροάματα, non vero melius. vid. *H. Steph. Moeris* dicit ἀκρόαμα esse ἑλληνικῶς. MS. Oxon. ἀκούματα. OUDEND. Habent *Plutarch.* & alii; ut vel ex Lexicis notum. Mox Cod. B. pro δὲ leg. καὶ. post: κοινὸν γὰρ deest in B. Cod. A. cum edit. plane consentit. STOEB. Gloss. *Philox.* auditio, ἄκουσμα.

5 Ἄκουσις.] Hanc vocem ne quidem admittunt Lexica. OUDEND.

6 ἌΚΡΑ.] Cod. A. ἡ. B. ἡ. Vid. *Thucyd.* lib. II. p. 112. B. conf. *Aristid.* Panath. T. I. p. 99.

[1] ἈΚΡΑΤΕΥΈΣΘΑΙ μηδαμῶς εἴπῃς, ἀλλὰ οὐκ ἐγκρατεύεσθαι.

[2] ἈΚΡΑΤΊΑ, [3] ἀδυνασία, καὶ [4] ἀνοντία, παρὰ Θουκυδίδῃ μόνῳ. [5] ἀκρασία δὲ, ἀδυναμία, καὶ ἄνοια, καὶ παρ' ἐκείνῳ, καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς.

[6] ἈΛΆΒΑΣΤΟΝ, δίχα τοῦ ρ', Ἀττικοί· μετὰ δὲ τοῦ ρ' ἁπλῶς Ἕλληνες.

Ἀ-

---

99. Vid. *Bos* de Ellipf. p. m. 162. ἄκρα, *arx*, *caftellum urbis* *AElian*. V. H. lib. I. c. 25. *Strab*. p. 625. D. STOEB. Cod. Leid. 1. ἄκραι.

7 Ἡ ἀκρόπολις.] Oxon. ἡ ἀκρόπολις male. WOLF. Conf. *Apollon*. *Alexandr*. Syntax. lib. I. c. 2. p. 4.

1 Ἀκρατεύεσθαι.] Dicere vetat Auctor, fed pro eo vult οὐκ ἐγκρατεύεσθαι, quemadmodum loquitur *D. Paulus*. 1. Cor. VII. 9. εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται: *Si fe non continent*. BOS. Ita & *Phrynich*. quod mirum: Cum praeter *Menandrum* etiam ufus fit *Ariftoteles*. V. *H*. *Steph*. & *J*. *Albert*. Obf. facr. p. 344. OUDEND. Exemplum hujus verbi ex *Ariftotele* adnotavit Cl. *Alberti* in Ep. I. ad Corinth. c. VII, 9. p. 344. conf. *Hoefchelius* ad *Phrynich*. p. 193.

2 Ἀκρατία.] Nefcio, an hodie apud *Thucydidem* reperias. Ἀκρατίαν, ἀκρασίαν in *Hefych*. Reliquis Atticis ἀκράτεια vocatur. OUDEND. Is eft verborum illorum fenfus, hafce voces apud *Thucydidem* folum reperiri, e quibus unam tantum legiffe meminimus, ἀδυνασίαν fcilicet lib. VII. p. 417. & lib. VIII. p. 473. alias inveftigent, quibus plus eft otii. SALLIER.

3 Ἀδυνασία.] Non folum apud *Thucydidem*, fed etiam alios occurrit. Confule *Waff*. & *Duker*. ad *Thucyd*. L. VII. §. 8. & Ind. h. v. OUDEND.

4 Ἀνοντία.] Nec hoc apud *Thucydidem* folum; ubi hodie non legas: fed apud Atticos crebro; fi fides *Moeridi*. Confer *Jungerm*. ad *Poll*. L. II. §. 128. IDEM.

5 Ἀκρατία.] Pro intemperantia *AElianus* V. H. lib. I. c. V. DRAEK.

6 Ἀλάβαστον.] Haec *Thomae* & ex eo *Phavorini* obfervatio fi vera fit, innumeris locis erit illud refcribendum. Nam vulgo plerumque ρ etiam apud Atticos Scriptores additur; ut videre eft in notis ad *Suid*. h. v. & quae ibi citantur; ac *Perizon*. ad *AEl*. L. XII. V. H. C. 18. ac *J*. *Albert*. Obf. facr. p. 150. *Elfner*. pag. 213. Adde ad *Hefych*. Ἀλάβαστος, λήκυθος. OUDEND. Cod. B. ἀλάβαστρον. Vocem hanc habet

'ΑΛΕΙ͂Ν, ἐκ ἀλήθειν. 1 'Αριστοφάνης ἐν Νεφέλαις.

—— ὥσπερεὶ 2 κάχρυς γυναῖκ' ἀλοῦσαν.

'ΑΛΕΙ͂Σ, ἐκ 3 ἀλήθεις.

'ΑΛΕΚ-

---

habet *Hesych.* conf. *Steph.* Thes. T. II. col 587. C. *Clerici* Index in *Menandr. Suid.* & *Harpocr.* v. ἀλαβαστοθῆκαι. Adde *Maussac.* Not. in *Harpocr.* & *Spanh.* in *Callim.* pag. 540. ἀλάβαστρον optimae notae Scriptoribus usurpatum. Vid. *Aristoph.* Acharn. v. 1052. Lysistr. v. 946. *AElian.* V. H. XII, 18. *Lucian.* T. II. p 353. *Graev.* Adde *Brisson.* de R. P. p. 714. STOEB. *Herod.* III. c. 20. *Lucian.* Dial. Meretr. XIV. sub princ. ABRESCH. Vid. *Harpocr.* V. ἀλαβαστοθῆκαι & ibi *Maussac. Spanhemius* ad *Callimachi* Hymn. in lavacr. Pallad. vs. 13. *Moschopul.* περὶ σχεδ. p. 167. DRAEKENB. Mox δὲ delet Leid. I.

1 'Αριστοφάνης.] Vs. 1369. Cod. Leid. 1. ἀλέθειν.

2 Κάχρυς.] Κάγχρυς, Oxon. & Vascos. κάγχρυς Venet. In editis *Aristoph.* κάχρυς, sicut in Vesp. vs. 1297. καχρύων. WOLF. Ita leg. debere monuit *Leopard.* Lib. VII. Em. 16. MS. Oxon. Leid. pr. Ed. Rom. κάγχρυς. Edd. Ven. & Vasc. κάγχρυς. Utroque modo scribitur etiam apud *Suidam* sine & cum γ. sed sine γ in *Hesychio* & *Aristoph.* Edd. uti & in Σφηξί vs. 1197. ubique haec in MSS. variantur. Consule *Casaubon.* ad *Athen.* L. II. C. 13. OUDEND.

3 ''Αληθεις.] Leg. ἀλήθεις. BOS. Sic nunc edunt ex sententia *Pauli Leopardi* Lib. VII. Em. Cap. 16. antea fuerat ἀλεῖς, οὐκ ἀλιεύεις. TORRENIUS. 'Αλήθειν tamen *Theophr.* usus est de Caus. Plant. Lib. IV. cap. 14. τοῖς μὲν ἀλήθοντες χρώμεθα. *Diodor.* lib. III. p. 151. D. *Aphthon.* fab. 15. cum Nostro facit *Phrynich.* pag. 24. *Aristoph.* in Nub. v. 1361. in Nostr. leg. κάγχρυς ex edit. Rom. conf. Schol. ad. Equit. v. 254. STOEB. Vitiose ἀλήθεις in Ed. *Blanc.* qui videtur ἀλήθεις rescripsisse, obtemperans monitioni *Leopard.* L. VII. Em. C. 16. sic legi jubentis, cum in MSS. & Edd. Vett. sit οὐχ ἀλιεύεις. Eamque emendationem veram esse putat Cl. *Wolfius* propter Interpretationem verbi proxime antecedentis, sed quod in Edd. Vett. paullo post sequitur. Mihi contra videtur inde falsa emendatio: nam bis idem plane repetere non solet noster. Advocatur tamen *Moeris* in testimonium, apud quem exstat ἀλεῖς 'Αττικῶς. ἀλήθεις 'Ελληνικῶς. Verum cum Cl.

1 ᾿ΑΛΕΚΤΡΥΩ'Ν, καὶ ἐπὶ ἄῤῥενος, 2 δὲ ἐπὶ θήλεος, λογο-

Cl. Editor ibi testetur, in MS. esse ἀλίτεις, eam tam hic quam illic verissimam esse lectionem opinor: ut voluerit notare noster, apud Atticos non modo ἁλεῖν cum suis derivatis dici, non ἀλήθειν, sed etiam in sec. persona futuri adhiberi ἀλεῖς, non vero vulgare ἀλέσεις futuri τοῦ ἀλέω. Id quod usu venit in pluribus verbis. Sic ἀναπετᾷ 'Αττικοὶ pro ἀναπετάσω infra. Haec emendatio ni probabilis maxime mihi videretur, suspicabar propter aspiratum οὐχ in nostro scriptum fuisse ἁλεῖς (sic enim cum spiritu aspero MSS. & Edd. Vett.) οὐχ ἁλιεῖς. ut voluerit Attice piscatores dici ἁλεῖς, non ἁλιεῖς, ut vulgo. Quo faceret edita *Suidae* lectio: ἁλεὶς &c. καὶ ἁλεῖς ἀντὶ τοῦ ἁλιεῖς. ἁλεῖς σοφισταί. Verum malim omnino cum amicissimo *Hemsterhusio*, qui, hic probans ἀλέσεις, vicissim mecum suam emendationem in familiari colloquio communicavit, in *Suida* rescribere ἀντὶ τοῦ ἀλέες i. e. *frequentes*. Attamen in usu fuit ἁλεία, piscatus, pro ἁλιεία, quod aliquoties viros doctos decepit. Consule omnino eumdem Virum Cel. Observ. Miscell. V. VI. pag. 339. & jam olim *H. Steph.* in Thes. V. ἁλιεία. Sed, ut dixi, ἀλέσεις magis placet. OUDEND. Oxon. & Vascos. οὐχ ἁλιεύεις, at *Leopard.* VII. 16. reponit ἀλήθεις. Atque huic potius quam Codici alicui lectionem hanc debere videtur *Blancardus*, quod monet *Benzelius*. De veritate ejus constat ex interpretatione verbi ἀλεῖς proxime antecedentis. *Moeris* in Vocibus Atticis a *Job. Hudsono* primum editis p. 3. ἀλεῖς 'Αττικῶς, ἀλήθεις 'Ελληνικῶς. At ibi in MS. pro ἀλήθεις exstare ἀλέσεις testatur *Hudsonus*. WOLF. Cod. A B. Rom. Vascos. ἀλεῖς οὐχ ἁλιεύεις. Legitur tamen ἁλιεύοντες apud *Diod. Sic.* Lib II. p. 141. D. & B. Onom. *Calep.* p. 111. *Piscari*, ἁλεύειν l. ἁλιεύειν. *Dio* pag. 652. E. conf. *Hesych.* voc. ἀμφιβολεύς. STOEBER.

1 'Αλεκτρυών.] Dicit & de *mare* & de *femina* usurpari, quod pluribus docet Schol. *Aristoph.* ad Nub. p. 166. ubi id confirmat quoque exemplis ex *Aristophane* & *Platone*. Postremo addit *Thomas* noster: τὸ δὲ ἀλέκτωρ οὐχ 'Ελληνικὸν ὅλως. *sed vocabulum* ἀλέκτωρ *prorsus Graecum non est*: id quod miror, cum id habeant *Simonides* & *Cratinus*, teste *Athenaeo*, qui Deipnos. 2, 4. Λέγει δὲ καὶ 'Αλεκτορὶς καὶ 'Αλέκτωρ, Σιμωνίδης, ἡμερόφων' ἀλέκτωρ (*Galle diei nuntie.*) Κρατῖνος Ὥραις: ὁλόφωνος ἀλέκτωρ, i. e. *Gallus, qui quantus quantus est, vox est.* Usus etiam est hac voce *D. Luc.* Euang. XXII. 60. BOS. *Galen.* T. V.

λογογράφοι. τὸ δὲ 1 ἀλεκτοεὶς, ποιητικὸν, εἰ καὶ Συνέσιος χρῆται ἐν τῇ, λύσαντες ἐκ Βενδιδείας, 2 ἐπιςολῇ. λέγει γάρ· 3 ἀλεκτορίδας, 4 ὠὰ ἀλεκτόρεια. τὸ δὲ 5 ἀλέκτωρ, οὐχ Ἑλληνικὸν ὅλως.

Οἱ

T. V. f. 252. A. *Kuhn.* in Ind. *AElian.* V. ἀλεκτρυὼν, & ad V. H. lib. IV. c. 17. Conf. *Phrynich.* p. 37. HEMSTERH.

2 Καὶ ἐπὶ θήλεος.] Cod. B. del. hic ἐπί. Conf. *Phryn.* h. v. STOEBERUS.

1 Ἀλεκτορὶς.] Cave assentiaris, eo quippe nomine utuntur solutae orationis scriptores non pauci. *Galen.* T. I. p. 243. *Nemes.* p. 115. *Plut.* T. II. pag. 490. & 494. *Diog. Laërt.* p. 73. & *Longus* Past. p. 130. SALLIER. Quod tamen in *AElian.* Hist. Animal. saepius occurrit. Vid. lib. VII. c. 47. Lond. 1746. T. II. p. 439. conf. *Suid.* voc. ἀλεκτορίδες. *Pollux* VI, 52. STOEB.

2 Ἐπιςολῇ] Desunt in A. & B. Locus *Synes.* est p. 165. D, add. p. 264. B. IDEM. Desunt in MSS. Leidd.

3 Ἀλεκτορίδας.] Non negari potest, aliquoties ἡ ἀλεκτορὶς in prosaicis scriptoribus occurrere de *Gallina*, licet id neget *Phrynichus*. Consule modo *Stephanum* & *Suidam*: Ἀλεκτορίδες, αἱ θήλειαι ὄρνις. Καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὲ αὐτὰς ἀπέκτειναν &c. Verum non ubique eo sensu capi debet: sed & pro pullo Gallinaceo, een kuiken. Quo sensu in *Synesii* loco Ep. IV. p. 165. sumendum videtur, & in plerisque, quando articulus non additur. Sic & *Longus* in Pastor. L. III. pag. 96. Ed. Moll. καὶ σῖτον μηδὲ ἀλεκτορίδας θρέψαι δυνάμενον. *Et frumentum ne pullis* (vulgo vertunt *Gallinis*) *quidem cibandis idoneum.* Immo res manifesta est ex *AEliani*, quem simul emendabimus, L. VII. Anim. c. 47. Τὰ δὲ πρόσφατα ὀρνίφια (sic etiam L. IV, 41. & ὀρνύφια L. IX. 37. pro ὀρνίθια) καλοῦσι νεοττοὺς καὶ ὀρταλίχους· ἀλεκτρυόνων δὲ ἀλεκτορίδας λέγουσι. καὶ τόνγε πέρυσινον ὀνομάζουσιν, ὡς καὶ τὸν οἶνον· vulgo inepte πέρυσιν, manifesta corruptionis caussa. Ceterum in *Suida* Ἀλεκτορίδης, ὁ τοῦ Ἀλέκτορος, non est *pullus gallinaceus*, sed notissimus *Alectoris filius.* OUDEND.

4 Ὠὰ ἀλεκτόρεια.] MS. Leid. pr. Ed. Vasc. ἀλεκτόρεια crebra permutatione. IDEM. Cod. B. ἀλεκτόρια. Cod. A. ut edit. STOEBERUS.

5 Τὸ δὲ ἀλέκτωρ, οὐχ Ἑλληνικὸν ὅλως.] Recte miratur Cl. *Bos* ita id dici a *Thoma*: cum passim apud Graecos ἀλέκτωρ occurrat, licet Attici malint ἀλεκτρυόνα. Adi omnino *Aristoph.* in Nub. vs. 663. & 849. Hinc in proverbio Ἀλέκτωρ πίνει καὶ οὐκ οὐρεῖ. Immo & ἀλεκτορὶς non potest derivari, nisi ab ἀλέκτωρ. Quare statuo, delendum esse τὸ οὐχ. Id quod

C patet

[1] Οἱ ἍΛΕΣ, ἐ τὰς ἅλας, δεῖ λέγειν, ἐ [2] τὸ ἅλας.
[3] ἈΛΗΘΕΣ, τὸ ἐναντίον τῷ ψεύδει· ἄληθες δὲ παρὰ ποιηταῖς, τὸ κατ' εἰρωνείαν ἀντὶ τοῦ ὄντως λαμβανόμενον, [4] ὡς τὸ παρ' [5] Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ·

Ἀλη-

---

patet ex *Phavorino*, qui *Thomam* contraxit: Ἀλεκτρύων καὶ ἐπὶ ἄρρενος καὶ ἐπὶ θήλεος λογογράφοι· τὸ δὲ ἀλεκτορὶς ποιητικόν. ὡς τὸ ἀλέκτωρ Ἑλληνικὸν ὅλως. OUDEND. Fallitur *Thomas*, cum nomen illud graecum non esse pronuntiat, quod tamen ab *AEschylo* usurpatur Agam. vs. 1080. eadem vox occurrit apud *Lycophr.* vs. 1094. quin & ea quondam usos *Simonidem*, & *Cratinum* testatur *Athenaeus* p. 376. Reperias etiam apud solutae orationis scriptores, ut apud *Diog. Laërt.* pag. 149. SALLIER. Quo tamen usus est *Pindar.* Olymp. Od. XII. v. 20. *Laërt.* p. 149. B. 219. A. de foemina *Liban.* T. I. p. 806. D. STOEBER.

1 Οἱ ἅλες.] Male in MSS. αἱ. ἐξ ἅλατος est apud *Diod. Sic.* lib. I. pag. 57. ἅλες saepissime apud scriptores legitur. STOEBERUS.

2 Τὸ ἅλας.] *Epiphan.* de Valent. p. 86. Τὸ ἅλας καὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. HEMSTERH. Dixit tamen *Hippocrates*, auctor gravissimus, graeceque haud dubie doctissimus τὸ ἅλας Θηβαϊκὸν, lib. II. de Morb. Mulier. p. 583. & τὸ ἅλας συχνὸν lib. de Steril. p 633. conf. *Wolfii* Curas philol. in *Matth.* V, 13. p. 87. & in primis Rev. *Alberti* in Observ. philol. ad eundem *Matth.* locum p. 32. ubi plura exempla ex *Plutarcho* & aliunde petita contra *Thomam* nostrum commode in medium adfert. Apud *Hippocr.* lib. I. de Morb. Mul. ἅλας αἰγύπτιον, & ἅλα αἰγύπτιον, & ἅλας αἰγυπτίους. TRILLERUS.

3 Ἀληθές.] Et Ἄληθες differunt: nimirum ἀληθὲς notatum gravi in ultima, significat *verum*, sive *id quod mendacio contrarium est*: ἄληθες vero notatum acuto in prima syllaba, sumitur pro adverbio admirandi, ὄντως, *vere*. Schol. *Aristoph.* ad *Plut.* verba, quae citat hic *Thomas*: Ἄληθες, inquit, ἴσον τῷ ὄντως, ἀξιοῦσιν δὲ ὀξύνειν τὴν προτέραν, ὅταν τοῦτο δηλοῖ. ἔστι δὲ ἐπίρρημα θαυμαστικὸν, καὶ παροξύτονον ἀττικῶς. occurrit etiam ita apud *Aristoph.* in Nub. p. 173. BOS. Conf. *Phavor. Ammon.* h. v. & ad hunc Doctiss. *Valcken.* notae p. 10. n. 49. STOEB. *Cyrillus* ἄληθες, *vere*, adverbium. ἀληθὲς, *verum*.

4 Ὡς τὸ.] Abest recte τὸ ab Oxon. Locus est vs. 123. & in Nub. 839. cum Schol. Ran. 864. Ach. 556. eadem habent *Ammonius*, *Suidas* & alii. OUDEND.

5 Ἀρισ. ἐν Πλουτ.] V. 123. in Cod. B. hoc testimonium *Aristoph.* plane non apparet. STOEBERUS.

1 Δαι-

Ἄληθες ὦ δειλότατε πάντων [1] δαιμόνων.

[2] ἈΛΗΘΕΥ'Ω καὶ ἀληθίζω. [3] Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· ἱππεύειν καὶ τοξεύειν καὶ ἀληθίζεσθαι.

[4] ἈΛΗ'ΛΙΠΤΑΙ, καὶ κατορώρυκται, οὐκ ἤλειπται, οὐδὲ κατώ-

---

1 Δαιμόνων.] Oxon. ἀνθρώπων, ſive ἀνῶν. Leidd. non habent hanc vocem. OUDEND.

2 Ἀληθεύω.] MSS. & Rom. Ed. Vaſc. καὶ ἀληθεύω. *Herodoti* verba ſunt C. 136. Τὰ καὶ τοξεύειν non leguntur in Leid. pr. IDEM.

3 Ἡροδ. ἐν τῇ α. ἱππεύειν.] Cap. 136. p. 58. *Gale.* facit huc magis locus *Dion.* Halic. Lib. I. p. m. 70. L. VIII. ait: ταῦτα ἀληθεύοντας ἔχεις. Apud *Xenoph.* frequens vocis ἀληθεύω uſus eſt. Eſt & apud *Lucian.* Vid. Ver. H. I. T. II. p. 72. fin. Add. *AElian.* V. H. XII, 59. STOEBERUS.

4 Ἀλήλιπται.] Lege ἀλήλειπται. Pro κατορώρυκται *Junius* vult κατώρυκται. WOLF. *Phrynich.* p. 10. unde leg. ἀλήλειπται & κατώρυκται. DRAEK. Apud *Phrynich.* male ἀλήλειπται p. 10. idem mox praecipit de ὤμοκε, pro quo dicendum ſit ὀμώμοκε. pro καταρώρυκται leg. κατώρυκται, ut in ea V. HEMST. Suſpicor, an non ſcripſerit *Thomas* ἀλήλιπται καὶ κατορώρυκται, οὐκ ἠλήλιπται, οὐδὲ κατωρώρυκται, ὡς ἀλλότρια τῶν ἀττικῶν. ut neget, duplex illud temporale, ut vocant, augmentum in iis verbis uſurpari, quod forte apud alios obſervarat: vel potius pro κατορώρυκται ſcribendum κατώρυκται & ἤλιπται, quod verius puto, quandoquidem ſic habet *Phavorinus.* *Lucian.* T. I. p. 766. ἀληλιμμένον λῷον dicit. Ut poſterior erat conjectura, exhibet editio antiqua. TORR. *Phryn.* p. 12. Ed. *Pauw.* ἤλειπται καὶ κατώρυκται, οὐ χρή, ἀλλὰ διπλασίαζε τὴν φωνήν, ὥσπερ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀλήλειπται καὶ κατορώρυκται. Et *Phavor.* Ἀλήλιπται καὶ κατορώρυκται, οὐκ ἤλιπται, οὐδὲ κατώρυκται. Hinc malim quoque, ſi quid in his mutandum, ἤλιπται pro ἤλειπται ſcribere, quam ἀλήλειπται pro ἀλήλιπται cum *Wolfio* e *Phavorino*; ubi vide *Pauwium*, qui bene cum *Junio* & ſocero meo pro ſeq. κατωρώρυκται legit κατώρυκται: atque ita diſerte MSS. Leidd. & Ed. Vaſcoſ. Natum eſt mendum e vitio Ed. Rom. κατωρύρυκται. OUDEND. Cod. A. ἀλήλειπται quod a manu poſteriori ſanatum ita: ἀλήλεϊπται. ut & in ſeq. ἤλεϊπται, quod *Phavor.* legit ἤλιπται. Cod. B. legit: ἀλήλιπται. At pro ἤλειπται legit εἴληπται male. pro οὐδὲ κατωρόρυκται leg. κατώρυκται ex MS. A. B. & Edit. Rom. conf. Noſtr. infr. h. v. Sic in ceteris h. v. compoſitis ὑπορώρυκται *Polyaen.* pag. 426. *Joſeph.* p. 473. ἐξαλήλιπτο *Liban.* T. I. p. 546. A. ἐξαλήλειπται ita quoque *Lucian.* Catapl. οὐκ οἶδα δ' ὅπως ἐξαλήλειπται. STOEB.

 1 Α-

κατώρυκται, ὡς ἀλλότρια Ἀττικῶν.

ἉΛΙΕΥΌΜΑΙ, ὐχ [1] ἁλιεύω, εἰ καὶ [2] Λουκιανὸς ἅπαξ ἐχρήσατο.

[1] ΘΑ΄ΚΟΣ Ἀττικὸν, [2] θρόνος Ἑλληνικόν· θῶκος δὲ, ποιητικόν. [3] Ἀριστείδης ἐν τῷ εἰς τὸν Διόνυσον· οὐδ'

---

1 Θάκος Ἀττικὸν &c.] Adfert Auctor exemplum ex *Ariſtide*. Addemus nos unum aut alterum e Comico noſtro, qui in Nub. dicit: τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι· & in Ran. p. 282. Μηδέποτ' εἰς τὸν θᾶκον τὸν ἐμὸν ἐγκαθεδεῖται. BOS.

Vid. de hac voce Schol. *Ariſtoph.* Nub. pag. 64. ita etiam ſubſellia in theatro dicuntur; vid. *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. p. 261. DRAKENB.

Poëta igitur fuit *Hippocrates* noſter, quum ſcriberet, Lib. VII. de Morb. Epidem. p. 865. T. I. ἐπὶ θῶκον ἀναστὰς· & rurſus in Epiſtol. pag. 914. T. II. ἐπὶ λιθίνῳ θώκῳ· & iterum. p. seq. 916. οὐκ ἀηδὴς φύλλων θῶκος· & mox ibidem: τῶν τῆς τύχης ἐπιφθόνων Θώκων? poëta ergo, inquam, fuit *Lucianus*, ὁ Ἀττικώτατος, quum diceret in Demonact. pag. 872. Tom. I. τὸν Θῶκον τὸν λίθινον· item in Jove Tragoed. p. 136. Tom. II. ἐπὶ τῶν Θώκων καθημένους· & ſic alibi ſaepiſſime? Poëtae itaque fuerunt *Theophraſtus*, *Xenophon*, *Plutarchus*, *Athenaeus* & alii plures, qui voce iſta θῶκος frequentiſſime uſi ſunt, ut diligenter legentibus protinus in oculos incurret. Sed ii ipſi omnes, nullo prorſus obſervato diſcrimine, etiam alterum illud θάκος, immerito quidem a Noſtro hic praelatum, haud adſpernantur. Sic ipſe noſter *Hippocrates*, qui ſcripſerat, ut ſupra vidimus, p. 865. ἐπὶ θῶκον ἀναστὰς, ibidem, in antecedentibus, pag. 851. pari elegantia ἐπὶ θᾶκον ἀνίστασθαι dixit: & apud *Theophraſtum*, in Charact. Eth. Cap. XIV. in pleriſque Codicibus legitur: ἐπὶ θάκου, vel θάκους ἀνιστάμενος, in nonnullis vero, obſervante *Needhamo*, ἀπὸ θώκου ἀνιστάμενος· unde, ut plura alia jam taceam, nunc liquidiſſime, ſpero, patebit, promiſcui plane uſus eſſe voces iſtas θάκος atque θῶκος; id quod etiam rectiſſime jam contra *Kuſterum* monuit Celeb. *Lamb. Bos*, in Animadverſ. ad Scriptores quosdam Graecos, Cap. L. pag. 198. In eo autem ſimul graviſſime lapſus eſt *Thomas* noſter, quod τὸ Θῶκος pro voce mere poëtica habet: licet enim *Homerus*, *Heſiodus*, *Euripides*, *Quintus* Smyrnaeus & alii poëtae frequen-

quentius iſta voce utantur, ut notum: tamen ſcribendum potius ab noſtro acutiſſimo ſcil. Grammatico hic fuerat, Θῶκος Ἰωνικὸν, quam quidem ποιητικόν. Ionas enim inprimis ſic voces flectere ſolere, cuivis, credo, notiſſimum; ita v. g. dicere ſolent τρῶμα pro τραῦμα, θῶμα pro θαῦμα, θωμαστότατον pro θαυμαστότατον, θωμάζω pro θαυμάζω, θωμάσια, pro θαυμάσια, ἑωϋτὸς pro ἑαυτὸς, & ſimilia plura apud *Hippocratem*, *Aretaeum*, *Herodotum*, & alios ſcriptores Ionicos, ubivis locorum frequentiſſime occurrentia, ut multis oſtendit *Nicol. Vincentius* Pictavienſis, perſonatus, ſive rectius ipſe *Joſ. Scaliger* in Epiſtola illa rariſſima ad *Stephanum Naudinum Berſurienſem*, contra *Joann. Martinum*, haud procul ab initio, nam Libellus ipſe paginis caret. Sed quid tum poſtea denique? Si etiam, ut male quidem cenſet Noſter, vox iſta θῶκος poëtica fuerit, ideone, obſecro, ex rigidiſſimo hoc moroſi noſtri Grammatici imperio, omnes ſtatim voces ac phraſes poëticae ex ſolutae orationis ſcriptoribus generatim ſevere eliminandae erant? profecto, ſi durum hocce praeceptum procederet, aut quidquam valeret, breviſſimo ſane tempore nec *Herodotum* amplius haberemus, nec *Thucydidem*, *Xenophontem*, *Demoſthenem*, & *Lucianum*, nec *Hippocratem*, *Aretaeum* aut *Theophraſtum* & *Arrianum*, immo nec ullum alium in univerſum melioris aevi & venuſtioris dictionis Auctorem: quippe qui omnes, ut doctioribus Viris dudum affatim conſtat, toti quanti elegantiis & ornamentis poëticis ubique abundant. Quo vetuſtior enim & praeſtantior quisquam Auctorum Graecorum eſt, eo magis clariusque poëticis ejusmodi coloribus ac luminibus ipſius oratio ſubinde exſplendeſcit: ceu ex ſolis maximorum iſtorum virorum *Herodoti*, *Xenophontis*, *Thucydidis* ac *Demoſthenis* Scriptis, omni aevo victuris, luculentiſſime patet; quibus ſuo merito inprimis addendus eſt ipſe Noſter *Hippocrates*, quippe qui, acute & vere hic obſervante *Erotiano* in prooemio ſui Gloſſarii *Hippocratici*, ὅλως γέγονεν ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, quod & multis in locis animadvertit *Galenus*: quale quid etiam de feliciſſimo illo *Hippocratis* imitatore, *Aretaeo* inquam, pariter jure afferendum. Tolle igitur ex his maximis duumviris Medicis dictiones ornatiores poëticas; tunc ſane illos Auctores totos quantos nobis ex oculis manibusque temere ſimul tolles. Sed de his hactenus. TRILLER.

Vid. *Caſaub.* ad *Theophr.* Charact. p. 267. ſeq. STOEBER.

V. Collect. ad *Heſych.* V. θᾶκος & θῶκος· & omnino *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. C. 14. θᾶκος etiam dixerunt poëtae; praeter *Ariſtophanem*. V. *Sophocl.* Trach. 23. *Apoll. R.* III, 111. Immo junxit *Sophocles* συνθακεῖν θρόνοις El. 283. Apud poſteriores quoque proſaïcos θῶκος pro θᾶκος occurrit. V. *Suidam* V. Κόρυκος·

ζυγῆ-

οὐδ᾽ αὐτῷ [1] θᾶκοι τούτου χωρεῖς.
[2] ΘΑΛΗΣ θαλοῦ, οὐ θάλης [3] θάλητος.

Τὸ

ζηλώσας ζωγράφον ἐκέλευσεν αὐτὸν μὲν ζωγραφεῖν ἐπὶ θώκῳ. Sic enim locus hic legendus & supplendus ex eodem testimonio V. Μεδιόλανον. Conf. *Etym. M.* *Aristidis* locum invenies T. I. p. 30. ubi in plurali οὐδ᾽ αὐτῷ θᾶκοι, & sic Leid. pr. ut passim. V. *Lucian.* in Jove Trag. T. I. p. 660. Ed. ult. ἐπὶ τῶν θάκων καθημένους· ut e MSS. restituerunt viri docti; vulgo erat θώκων. *Xenoph.* Ἀνάβ. Lib. VIII. pag. 235. B. *AElian.* Lib. VI. An. 61. OUDEND.

2 Θρόνος.] Ibi de sella intelligendus *Thomas*; θρόνος enim, cum de solio sermo est, Atticum esse nemo negaverit: eo enim sensu saepe usurpatam reperias ab *AEschylo*, *Sophocle*, *Euripide*, *Aristophane* & *Platone*: de voce θρόνος igitur sellam significante controversia est, quam nos Atticas inter numerandam arbitramur, his *Eurip.* ducti Alcest. vs. 946.

Ἡ μὲν γὰρ ἔνδον ἐξελᾷ μ᾽ ἐρημία
Γυναικὸς εὐνὰς εὖτ᾽ ἂν εἰσίδω κενάς
Θρόνους τ᾽ ἐν οἷσιν ἷζε, καὶ κατὰ στέγας
Αὐχμηρὸν οὖδας.

Ait enim Admetus, non sine ingenti moerore se visurum sedes illas, quibus Alcestis consederat; neque aliter exponendum illud nomen apud *Lucianum* Tom. II. pag. 488. καὶ ἀσπασάμενοι ἡμᾶς ἐκαθέζοντο ἐπὶ τῆς κλίνης παρὰ τῷ πατρί, ἐμοὶ δὲ εἰσεκομίσθη θρόνος. Ad θᾶκος quod attinet, etsi eo nomine poëtae saepissime utantur, *Homerus* v. g. *Hesiodus*, *Euripides*, *Orpheus* & *Apollonius*, non ita tamen est illorum propria, ut solutae orationis scriptoribus usurpare nefas fuerit. Ita certe *Lucianus* T. I. p. 17. οἱ μέντοι Ἀθηναῖοι, inquit, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ μεγαλοπρεπῶς, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐπένθησαν, καὶ τὸν θᾶκον τὸν λίθινον, ἐφ᾽ οὗ ἰώθει ὁπότε κάμνοι ἀναπαύεσθαι, προσεκύνουν. Ita quoque *Plutarchus* T. I. p. 597. *Heliodorus* AEth. p. 155. & *Achilles Tatius* Clitoph. pag. 11. SALLIER.

3 Ἀριστ. ἐν τ. εἰς Διον.] Pag. 72. B. ubi θᾶκοι. WITTER.

Eandem lectionem habet Edit. Jebb. p. 30. fin. STOEBER.

1 Θάκος.] MSS. A. & B. θάκοι.

2 Θαλῆς θαλοῦ.] V. *Etym. M.* *Suid. Moerida.* Ceterum addenda auctori nostro opinor, quae inveni in Leid. pr. *Moschop.* & *Phavorino.* Τὸ θάλλειν ἐπὶ δένδρων λέγεται· τὸ δὲ ἀνθεῖν ἐπὶ μόνων τῶν ἀνθέων. ὅθεν εὐθαλεῖς μὲν κλάδοι· εὐανθεῖς δὲ λειμῶνες. Optime sane. OUDEND.

Porphyrius Schol. in *Homer.* apud cel. *Valckenaerium*, Dissert. de Scholiis in *Homer.* ineditis

Τὸ ΘΑΛΛΕΙΝ, ἐπὶ δένδρων λέγεται, τὸ δὲ ἀνθεῖν ἐπὶ μόνων τῶν ἀνθέων· ὅθεν εὐθαλεῖς μὲν κλάδοι, εὐανθεῖς δὲ λειμῶνες.

ΘΑΜΑ, οὐ πυκνῶς. [1] Ἡσίοδος· καὶ θαμὰ τοῦθ' [2] ἔρδοις. —— [3] θαμινὰ, [4] οὐ πυκνά. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ· ἀλλ' εἶα τέκνα θαμίν' ἐπαναβοῶντες.

ΘΑΡ-

---

editis p. 100. Judicum fubfellia θρόνους dici, notat *Adrianus* Ifagog. in S. Script. pag. 6. hinc δικαστικοὶ θρόνοι apud *Himerium* in Declamat. p. 54. & Pervigilium Veneris vf. 7. *Cras Dione jura dicit, fulta fublimi throno. Heraclides* de Polit. p. 74. διαιτῶνται δὲ Κρῆτες πάντες καθημένοι θρόνοις. Conf. *Athenaeus* Lib. V. cap. IV. p. 192. & *L. Pignorius* de Servis p. 281.

3 Θάλητος.] Legitur θάλητι ex *Porphyr.* apud *Menag.* in *Diog.* p. 10. C. vid. ipf. *Laërt.* p. 10. A. 70. D. WITTER.

Vid. *Suid.* in *Plat.* Lib. X. Legg. p. 512. H. & *Plut.* Sep. Sap. Conv. princ. flectitur Θάλεω. ABRESCH.

In aliis autem nominibus declinatio haec obtinet, ut Μένης, Μένητος. Vid. Sofip. *Charifii* Inftit. Gramm. Lib. I. pag. 65. Μένδης, Μένδητος, ut apud *Strabonem* Lib. XVII. p. 1154.

1 Ἡσίοδος.] Ἔργ. vf 362. πυκνῶς *Xenoph.* p. 777. Epicur. apud *Laërt.* p. 284. B. WITTER.

2 Ἔρδοις.] Uterque MS. ἔρδεις.

3 Θαμινὰ, οὐ πυκνά.] Utraque tamen hac voce promifcue femper utuntur *Xenophon*, *Lucianus*, *Ariftides*, *Aretaeus*, *Hippocrates* & alii plures; vid. *Foef.* in Oeconom. Hipp. voce θαμινὰ, *Budaeum* & alios Lexicographos. Nolo ergo actum agere. Sic exempli cauffa, *Hipp.* dixit Lib. de Coac. praen. pag. 523. T. I. οἱ πυκνὰ ἱδρῶντες· & rurfus, p. 564. οἱ φρικώδεες πυκνά· & fic faepiffime in fequentibus, nulla prorfus obfervata diftinctione inter τὸ πυκνὰ, atque τὸ θαμινά. TRILLER.

Nova §. in Rom. & Vafc. ubi poft πυκνὰ legitur: Ἀριστοφ. ἐν Πλούτῳ· ἀλλ' εἶα τέκεα θάμιν' ἐπαναβοῶντες. Locus eft v. 292. πυκνὰ *Xenoph.* pag. 754. 771. 773. *Liban.* T. I. pag. 75. D. 119. D. STOEBER.

4 Οὐ πυκνά,] V. *Etym. Hef. Moer. Suid.* Huic autem voci fubjecta reftitui *Thomae*, MSS. & Edd. Vett. auctoribus, quae rurfus exciderant Ed. *Blank.* Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ· ἀλλ' εἶα τέκεα θαμίν' ἐπαναβοῶντες· vf. 292. uti praecedentia Τὸ θάλλειν &c. jam primis Edd. de quibus & vide p. 448. *Hefiodea* leguntur ἐν Ἔργ. 362. OUDEND.

MS. A. συχνά. Add. ex MS. B. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ, his ex MS. A. infuper: ἀλλ' εἶα τέκεα θαμίν' ἐπαναβοῶντες.

1 ΘΑΡΡΩ͂ Ἀττικοί, 1 οὐ θαρσῶ. καὶ θάῤῥος, οὐ θάρσος.

καὶ

---

1 *Θαῤῥῶ, Ἀττικοί, οὐ θαρσῶ. καὶ θάῤῥος, οὐ θάρσος, κ. τ. λ.*] Et haec rursus est inanis plane & obtusa *Thomae* nostri subtilitas, quam ipse infra, voce *πιστεύω*, prioris hujus sui commenti prorsus immemor, ita tacite quasi refellit: *καὶ θαῤῥῶ, καὶ θαρσῶ, καὶ θάῤῥος, καὶ θάρσος*· unde liquido, credo, apparet, quam parum sibimet ipsi constiterit temerarius noster *Magister*, & quantum hinc ipsi his in rebus fidendum. Illud enim certissimum, nec Atticos, nec reliquos scriptores Graecos tantum non omnes ullam differentiam, aut distinctionem facere inter τὸ *θαῤῥεῖν* & *θαρσεῖν*, atque inter *θάῤῥος* & *θάρσος*· quum saepissime apud illos, una eademque pagina, utraque illa verba promiscue compareant, ceu ex innumeris pene locis, apud ipsum *Xenophontem*, *Herodotum*, *Lucianum*, *Aristidem*, *Platonem* & quem quaeso non? ut jam poëtas taceam, ubivis obviis ac conspicuis, manifestissime liquet. Ita, ut pauca tantum exempla in medium adferam, *Aristides*, Tom. II. p. 121. *ὕβρει θαρσοῦντας*· & mox, *ἐπὶ τὸ θαρσεῖν* dixit; in sequentibus vero, paucis interjectis, e contrario *θαῤῥοῦντας*, & *θαῤῥεῖν*, item in antecedentibus, p. 72. *μὴ θαῤῥεῖν τοὺς τοιούτους ἀδικεῖν*, & sic porro, atque ita ubique perpetuo variat. Sic *Herodotus*, Lib. I. pag. 24. *θαρσέειν κελεύοντες* scripsit, & aliis locis rursus *θαῤῥέειν*. Quemadmodum apud ipsum *Thucydidem* passim, sine ullo discrimine, legitur *θαῤῥεῖν*, *θαρσεῖν*, *θαῤῥύνειν*, *θαρσύνειν*, ut & *θάῤῥος*, & *θάρσος*, sicut in ejusdem Indice bene observatum: item apud *AElianum* de Nat. Animal. passim, nec non apud *Lucianum* in praecept. Rhetor. & alibi saepissime. Item *Xenophon* Lib. I. Cyropaed. p. 28. *θαρσῆσαι ποιήσαντες*· & Lib. III. pag. 68. *μεστὸν στράτευμα θάρσους*· nec non Lib. de Magist. Equit. Offic. p. 761. *θαρσοῦσι μάλιστα πολέμιοι*· ut alia infinita taceam, unde simul clarissime contra *Thomam* nostrum patet, frequentius longe esse illud frustra damnatum *θαρσεῖν* & *θάρσος*, quam gratis adoptatum alterum *θαῤῥεῖν* & *θάῤῥος*, quae quippe aliquanto rarius apud eundem *Xenophontem* occurrunt, si nempe cum illis comparentur, licet alias sat magna quoque copia obvia passim sint. Ita *θάρσει τέκνον*, *θάρσει γύναι*, *θάρσει βέλτιστε*, item *θάῤῥει τέκος*, & *θάῤῥει κράτιστε*, & similia plura ubique leguntur sine ulla adjecta distinctione, apud *Homerum* Il. XXII. & alibi, *Euripidem* in Hippolyt. Med. & aliis locis, *Sophoclem* in Oed. Tyr. *Lucianum* in Toxari, & alibi saepissime; *Maximum* Tyrium, *Dionys.* Hal. *Polyaenum*, *Platonem*,

καὶ θαῤῥύνω, οὐ θαρσύνω. ὅπερ θαῤῥῶ, εἰ μὲν ἀντὶ τοῦ ἐλπίζω ὅτι, [1] δοτικῇ συντάσσεται· εἰ δὲ ἀντὶ τοῦ τολμῶ, αἰτιατικῇ. Συνέσιος [2] ἐν ἐπιστολῇ· καὶ οὓς ἔδει θαῤῥῆσαι.

ΘΑΡ-

nem, *Libanium*, *Dionem* Cassium, *Heliodorum*, *Achillem* Tat. & tantum non omnes reliquos, ut jam supra monui. Conf. de hac notissima loquendi formula Ill. *Bentleji* Dissertat. de Epistolis *Phalaridis*, p. 413. Sed nolo plura de re tam manifesta & liquida. Vide interea, si placet, *Guil. Budaei* Comment. de Ling. Graec. pag. 1354. Celeb. *Wesseling*. ad *Diodor.* Sic. T. II. pag. 28. *Schwarz.* in Comment. Graec. Ling. Nov. Test. pag. 663. seq. & Celeb. *Duker.* ad *Thucydid.* Lib. V. p. 321. quibus, nisi grave, adde, quae diximus quondam ipsi in Observat. Crit. Lib. IV. cap. 3. p. 314. quibus jam longe adhuc plura adjicere possemus interea observata. TRILLER.

Xenoph. θάῤῥειτε p. 504. B. STOEBER.

Ut differant θάρσος, adeoque θάῤῥος quoque & θράσος, docet *Gregor. Naz.* Orat. IV. p. 113. D. ABRESCH.

2 Οὐ θαρσῶ &c.] Minus recte, ut pluribus exemplis ostendi posset; nec rectius statuit, hocce verbum cum dativo construi, quoties accipitur pro confido; aliter quippe *Demosthenes* Olynt. III. pag. 11. οὔτε Φίλιππος, inquit, ἐθάῤῥει τούτους, οὔθ' οὗτοι Φίλιππον· id est, neque Philippus his fidebat; quo sensu *Xenophon* p. 147. ait: καὶ εἴ τινές σε τιμῶσιν, ἀνθασπάζου καὶ εὐώχει αὐτοὺς, ἵνα σε καὶ θαῤῥήσωσιν, *ut tibi confidant*: negari tamen nequit, aliquando cum dativo construi; testis *Lucianus* T. I. p. 801. αὐτὸς γὰρ ἀνόπλος ἦν, διὰ τὸ πάνυ τῷ παιδὶ θαῤῥεῖν. SALLIER.

Attamen in *Thucyd.* saepius legas θάρσος & θαρσεῖν, quam θάῤῥος & θαῤῥεῖν. vid. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 321, 84. θάρσει *Xenoph.* Paed. I, 9, 19. ἀρσοῦσα *Sophocl.* Electr. v. 316. θαρσοῦντας *Aristid.* Jebb. T. II. p. 121. θαρσεῖν ibid. ex *Thucyd.* STOEBER.

Sic quoque *Moeris* & *Eustathius* ad *Homeri* Il. M. p. 913. Verum Atticorum Antiquissimi *Thucydides*, *Xenophon* &c. aeque dixerunt per ρσ, recentiores demum per duo ρρ expresserunt. Adi Cl. *Dukerum* ad *Thucydidem* Lib. V. §. 4. Sed & *Lucianus* in Toxari T. II. pag. 532. Ed. ult. ait: τὸ Εὐδαμίδου ἐθαύμαστε τὸ θάρσους & de Dea Syria T. III. pag. 450. θαρσέων τὸ ἤιε. OUDEND.

1 Δοτ. συντασσ.] *Aristid.* Jebb. T. II. p. 192. θαῤῥεῖν τοῖς θεοῖς. STOEBER.

2 Ἐν ἐπιστολῇ.] Ep. 3. p. 165. A. καὶ ἑτέρους, οὓς ἔδει θαῤῥῆσαι

&

ΘΑΡΣΕΙ͂Α ἐλπὶς, ἡ ὁμολογυμένη καὶ ἀναμφίβολ@. [1] Θυκυδίδης· [2] ἐλπὶς θαρσεία τῦ μέλλοντ@.

[3] ΘΑ͂ΤΤΟΝ Ἀτ]ικοὶ, [4] τάχιον Ἕλληνες. ἐςὶ δὲ ὐ μόνον ἐπίῤῥημα, ἀλλὰ καὶ ὄνομα τριγενὲς, ὁ θάτ]ων, ἡ θάττων, [5] καὶ τὸ θᾶττον· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῦ ῥᾶον.

[6] ΘΕΑΤΗ῀Σ [7] κυρίως, [8] ἐπὶ ἀγῶν@.

ΘΕΗ-

& alia loca, quibus confidere vel nos permittere oportebat. *Aelian.* Lib. VI. Anim. cap. 11. τὺς δὲ ἀνθρώπυς θαῤῥεῖ· ubi male vertitur, *contemnit homines*, pro *non timet*, *non fugit.* Sic cap. 17. ἡ μεῖραξ τὸν ἐραςὴν ὐκ ἐθάῤῥει· cap. 22. ὑποζύγιον δὲ πᾶν τὴν μυγαλῆν ὐ θαῤῥεῖ. OUDEND.

1 Θυκυδ. ἐλπίς.] Lib. VII. pag. 542. A.

2 Ἐλπὶς θαρσεῖα.] Lib. VII. § 77. De seq. θᾶτ]ον vide ad *Phrynichum* & *Suidam*; καὶ τὸ θᾶτ]ον Leidd. OUDEND.

3 Θᾶτ]ον.] *Theophr.* Char. p. 6. *Graev.* ad *Lucian.* Soloec. p. 751. DRAKENB.

Et θᾶσσον *Xenoph.* Paed. VI. p. 130. 723. 766. &c. θᾶτ]ον Idem l. c. p. 141. *Laërt.* p. 284. D. conf. *Phryn.* p. 14. *Steph.* pag. 158. *Graev.* ad Soloec. p. 102. WITTER.

4 Τάχιον Ἑλλ.] *Laërt.* p. 290. B. *Diod.* II. p. 93. XIV. p. 295. D. XX. p. 750. *Joseph.* pag. 48. G. &c. *Hesych.* Illustr. pag. 62. IDEM.

5 Τὸ θᾶτ]ον.] MSS. A. & B. καὶ τὸ θᾶτ]ον.

6 Θεατής.] Proprie qui ludos spectat, si *Thomae* fides; nos autem à caeteris rebus ad ludos eam vocem translatam esse, judicamus. Sic *Euripides* Suppl. vs. 652. hocce nomine uti non dubitat, antequam mos ille ludos frequentandi apud Graecos invaluisset:

> Λαμπρὰ μὲν ἀκτὶς, ἡλίυ κανὼν σαφὴς
> Ἔβαλλε γαῖαν. ἀμφὶ δ' Ἠλέκτρας πύλας
> Ἔςην θεατὴς, πύργον εὐαγῆ λαβών.

Ubi θεατὴς is appellatur, qui rem aliquam inspicit, ut & Bacch. vs. 828.

> Οὐκέτι θεατὴς μαινάδων πρόθυμ@ εἶ.

Quae verba sunt nuntii cujusdam Pentheum alloquentis, cujus aetate ludi nondum excogitati. Sed dici vix potest, quam parum in ejusmodi rebus grammaticis tribuendum sit; *Ammonius* v. g. de eadem voce disputans illos inscitiae damnat, qui pro θεωρεῖν non usurpant θεάσασθαι, cum de certaminibus sermo est: θεωρὸς, inquit, καὶ θεατὴς διαφέρει. θεωρὸς μὲν γάρ ἐςιν ὁ εἰς θεὺς πεμπόμενος· θεατὴς δὲ, ὁ ἀγώνων καὶ θεάτρων . . . ἁμαρτάνυσιν ὖν οἱ λέγοντες, θεωρῆσαί με δεῖ τὸν ἀγῶνα. δέον εἰπεῖν θεάσασθαι· quam recte, ostendunt haec

ΘΕΗΛΑΤΟΝ, τὸ θεόθεν ἐλθόν. [1] λέγεται δὲ [2] ἀεὶ ἐπὶ κακοῦ. οἷον, θεήλατος πληγή. εἰ δὲ εὕρηταί που ἀντὶ τοῦ [3] ὑπὸ θεοῦ ἐλαθεὶς καὶ ἀποδιωχθεὶς, ἀλλ' οὐκ ἔστιν Ἑλληνικόν.

[4] ΘΕΜΕΛΙΟΣ, οἱ κοινοί· τὸ θεμέλιον οὐδετέρως, Ἀττικοί.

ΘΕΟ-

---

haec *Aristophanis* Vespis v. 1373.

—— —— ἄκουσον νῦν ἐμοῦ·
Ὀλυμπιᾶσι γὰρ, ἡνίκ' ἐθεώρουν ἐγώ,
Ἐφουδίων ἐμαχέσατ' Ἀσκώνδα καλῶς
Ἤδη γέρων ὤν.

Atque *Aristophanem* nemo Atticae linguae imperitum fuisse dixerit, ut nec *Lucianum*, apud quem verbum, de quo controversia est, eodem sensu occurrit T. I. p. 31. ἐμέμνητο πρὸς μὲ, inquit, φωνῆς τινος, ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη κοινῇ περὶ ἐμοῦ ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων· ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον ἐθεώρει. SALLIER.

Del. κυρίως *Phavor.* Subjunge huic §. articulum θεωρός ex *Phav.* Rom. & Vasc. STOEBER.

7 Κυρίως.] Deest Leidd. & *Phav.* Connectuntur vero Θεωρὸς δὲ &c. p. 445 quae male per *Blankardum* divulsa sunt. V. *Ammon.* pag. 68. *Casaub.* praef. ad *Theophrastum.* OUDEND.

8 Ἐπὶ ἀγῶνος.] *Aristid.* τὸν θεατὴν τῶν λόγων T. I. p. 231. pr. θεατὴς in judicio *AEsch.* Timarch. fin p. 197. θεάσασθαι ἐπὶ ἀγῶνος Idem Epist. IV. pag. 197. conf. *Harpocr.* voc. θεωροί. STOEBER.

1 Λέγεται.] *Euripid.* Orest. vs. 2. DRAKENB.

2 Ἀεὶ ἐπὶ κακοῦ.] Haud omnino hoc verum est; certe non ἐπὶ κακοῦ apud *Apollon. R.* Lib. III, 937.

Μείδησε δὲ Μόψος ἀκούσας
Ὀμφὴν οἰωνοῖο θεήλατον.

Adde Cl. *Wesselingii* Observ. Lib. I. cap. 30. p. 132. OUDEND.

3 Ἀπὸ θεοῦ.] Quamvis defendi possit, edidi tamen cum Leid. pr. ὑπὸ, ut in hac voce *Hes. Etym. Suid. Phav.* IDEM.

Uterque MS. ὑπὸ θεοῦ.

4 Θεμέλιος, οἱ κοινοί.] At *Lucianus* non erat sane ὁ κοινὸς, sed Ἀττικώτατος potius; & tamen contra rigidam severi nimis nostri Magistri sententiam aperte scribebat: τοὺς θεμελίους ὑφαιροῦσης διαβολῆς Lib. de non temere cred. cal. p. 422. T. II. & sic alibi saepe. Neque ipse *Aristoteles* κοινὸς erat, quum diceret Lib. IV. Metaphys. p. 70. οἰκίας θεμέλιος, ut innumera alia taceam. Sed sugillare hic rursus volebat homo malignus scriptores N. T. sacros, apud quos nempe haec vox saepissime occurrit, ut notum. TRILLER.

[1] ΘΕΟΠΡΟΠΟΥΣ ἐκάλουν τοὺς διʼ εὐλάβειαν πεμπομένους εἰς τὸ μαντεῖον, ἐφʼ ᾧ δέξασθαι μαντείαν, ὡς τῷ θεῷ πρέποντας καὶ ἁρμόζοντας, διὰ τὴν προσοῦσαν ἐπιείκειαν. Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ·

> [2] Ὁ δʼ ἔς τε Πυθὼ, [3] κἀπὶ Δωδώνην [4] συχνοὺς Θεοπρόπους ἴαλλεν. —— —— ——

καὶ [5] θεοπρόπιον, [6] τὸ τούτοις διδόμενον μάντευμα. [7] λέγεται δὲ θεοπρόπιον, καὶ τὸ ἁπλῶς μάντευμα· [8] θεοπρόπον

Si quidem in eorum numerum referre licet *Thucyd.* Lib. I. p. 62. B. θεμέλια Epicur. apud *Laërt.* p. 288. B. conf. *Steph.* p. 156. WITTER.

Sic quoque *Moeris.* Sed tamen in *Thucydide* invenias Lib. I. §. 93. οἱ γὰρ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται· & *Luciano* in Pseudom. T. II. p. 218. Ed. ult. καὶ τοὺς θεμελίους ἤδη ἐτάφρευον. Alibi quoque neutrum ediderunt, adversantibus MSS. ut in *Apollod.* Lib. II. cap. 4. §. 5. τῆς τε αὐλῆς τὸ θεμέλιον διεῖλε, καὶ τὸν Ἀλφειὸν ποταμὸν καὶ τὸν Πηνειὸν σύνεγγυς ῥέοντας παροχετεύσας ἐπήγαγεν· sic lege e MSS. *D'Orvill.* aliisque; vulgo τὸ, Πηλεῖον, ῥέοντα. *Hesych.* θεμείλια, θεμέλιοι· ultimam vocem male mutant non nulli. OUDEND.

Gregor. Naz. Epist. pag. 98. ἢ καὶ θεμέλιος ὑπὸ τῶν οἰκίας. τὸ θεμέλιον dixit Schol. *Pindari* ad Nem. Od. II. vs. 5. sed conf quae ex *AElio* Dionys. adtulit *Eustathius* Comment. ad Odyss. A. pag. 19. & *Moschopulus* περὶ σχεδ. p. 109. *Polemon* Soph. p. 13. ὥσπερ τὰ θεμέλια τῶν οἰκοδομημάτων.

1 Θεοπρόπους.] *Herodot.* Lib. VI. p. 400. D. οἱ δὲ Πύθιοι εἰσὶ θεοπρόποι ἐς Δελφούς. WITT.

2 Ὁ δʼ.] Absunt a Leid. pr. & Edd. Vett. *AEschyli* versus est 659. OUDEND.

Delet uterque MS. ὁ δʼ & mox legit ἔς τε Δωδώνης.

3 Κἀπὶ Δωδώνην πυκνούς.] Leid. pr. Oxon. Edd. Rom Vasc. Δωδώνης συχνούς. Memoriae vitio συχνοὺς citavit *Thomas.* In iisdem ἴαλεν. OUDEND.

4 Πυκνούς.] Uterque συχνοὺς, & pro ἴαλλεν habet ἴαλε.

5 Θεοπρόπιον.] Hoc ἔπος θεοπρόπον vocat *Sophocles* Trach. 832. OUDEND.

6 Τὸ τούτοις.] MS. A. τὸ τοῖς μάντεσι διδόμενον.

7 Λέγεται.] *Homer.* Iliad. A. vs. 85. DRAKENB.

8 Θεοπρόπον δὲ τὸν μάντιν, οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπεν.] Vetus ergo & probus Auctor, ex hac quidem temeraria *Thomae* sententia, haud fuit ipse *Homerus*, qui tamen in contrarium manife-

που δὲ τὸν μάντιν, ὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπεν.

[1] ΘΕΡΑΠΕΙ'Α, καὶ ἡ δυλεία, [2] καὶ τῶν θεραπόντων ἄθροισμα. [3] Ἀρισείδης ἐν πέμπτῳ τῶν ἱερῶν· θεραπεία τε ἐ παρῆν, διὰ τὸ προεκπέμψαι.

ΘΕΡΑ'ΠΩΝ, καὶ [4] θεραπαινὶς, καὶ [5] θεραπαινίδιον, καὶ οἰκέ-

---

nifestissime dixit, Iliad. Lib. XIII, 70. Κάλχας ἐςὶ θεοπρόπος οἰωνιςὴς, *Calchas est vates augur*, ubi videndus *Eustathius*, pag. 887. item Ill. *Spanhemius* ad *Callimach.* Hymn. in Pallad. p. 638. ubi potissimum ex hoc *Homeri* loco probat, τὸν θεοπρόπον idem interdum esse ac μάντιν. Quare & recte hic de fide & veritate *Thomae* nostri dubitat Vir Celeb. *Abreschius*, in Animadvers. in *AEschyl.* Lib. I. cap. 6. pag. 38. dum praeter *Hesychium*, *Suidam* & *Eustathium*, inprimis provocat ad *Sophoclem*, qui nempe in Trachin. vs. 835. ἔπος θεοπρόπον pro μαντείῳ vel θεοπροπίῳ scite & eleganter posuerit. TRILL.

Sic tamen exponunt omnes Grammatici; & sane *Homerus* θεοπρόπον vocavit μάντιν οἰωνιςὴν Iliad. M. vs. 70. ubi V. *Eustath.* & *Schol.* item Doct. *Abresch.* Animadvers. in *AEschylum* p. 38. OUDEND.

MS. B. male θεοπρέπον.

1 Θεραπεία, καὶ ἡ δυλεία, καὶ τῶν θεραπόντων ἄθροισμα.] Sic pro *famulitio*, sive *famulorum grege* occurrit apud LXX *Int.* Gen. XLV. 16. ἐχάρη δὲ Φαραὼ καὶ ἡ θεραπεία αὐτοῦ· & *Luc.* Euang. XII. 42. τίς ἄρα ἐςὶν ὁ πιςὸς οἰκονόμος, καὶ φρόνιμος, ὃν καταςήσει ὁ Κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, *praeficiet famulitio suo.* BOS.

Nec non ἰατρεία ex *Moschop.* voc. θεραπεία. Rarius pro ἱκετεία, quod observavit *Hesych.* voc. θεραπεύσια. quo sensu vocem ἀποθεραπεία usurpavit *Aristot.* Polit. Lib. VII. p. m. 213. pr. καθ' ἡμέραν τινὰ ποιεῖσθαι πορείαν πρὸς θεῶν ἀποθεραπείαν. STOEBER.

2 Καὶ τῶν.] Uterque MS. καὶ τὸ τῶν.

3 Ἀρισείδης ἐν ε.] Tom. I. p. 347. Ed. Angl. V. Cl. *Alberti* Observ. ad *Matth.* cap. 24. §. 45. OUDEND.

Pag. 180. l. 13. f.

4 Θεραπαινὶς.] *Famula*, melioris quippe conditionis quam δύλη, quod accuratius exponit *Joseph.* p. 30. E. ἦσαν δ' ἑκατέραις (Leae & Racheli) θεραπαινίδες τῷ πατρὸς δόντος· δοῦλαι μὲν οὐδαμῶς, ὑποτεταγμέναι δὲ αὐταῖς. WITTER.

5 Θεραπαινίδιον.] Hujusce vocis exempla desunt in lexicis: usurpatur tamen a *Luciano* T. I. pag. 397. οὐκοῦν ἐπάγωμαι καὶ τὼ θεραπαινιδίω τούτω, εὐνοϊκωτάτω μοι ὄντε. Occurrit & apud *Plutarchum* T. I. pag. 928. καὶ νύκτωρ, inquit, παριςαμένα θυραῖς

οἰκέτης, καὶ παῖς, [1] καὶ παιδάριον λέγε.

[2] ΘΕΡΕΤΑΙ, [3] ὐ θερμαίνε).

[4] ΘΕΡΙΖΩ καὶ ἐνθερίζω ἀμεταβάτως, τὸ [5] θέρος ποῦ διά-

θυραῖς καὶ θυρίσι δημοτῶν, καὶ σκώπτουσι τοὺς ἔνδον συνεπλακᾶσι θεραπαινιδίοις στολὴν λαμβάνουσα. Vide quoque *Clem.* Alex. p. 22. SALLIER.

Habet *Synes.* pag. 168. D. WITTER.

Add. *Lucian.* Pifc. pag. 587. STOEBER.

1 Καὶ παιδάριον.] Id eft, fervulus, quo fenfu nomen illud, ni fallimur, occurrit apud *Lucianum* T. II. pag. 142. καί μοι συνεξέπεμπον ὀνηλάτην παιδάριον ἀκάθαρτον. Hunc ufurpat *Diog. Laërt.* p. 150. ἐρωτηθεὶς εἰ παιδισκάριον ἢ παιδάριον ἔχοι; ἔφη, οὔ· τοῦ δὲ εἰπόντος, ἐὰν οὖν ἀποθάνῃς, τίς σε ἐξοίσει; ἔφη ὁ χρήζων τῆς οἰκίας. Quod fi cui haec obfcura videantur, fcrupulum omnem eximet is *Heliodori* locus, pag. 338. συναπέστελλε δὲ, inquit, καὶ ἀνδράποδα ὑπηρετησόμενα, κόριον μὲν τῇ Χαρικλείᾳ, παιδάριον δὲ τῷ Θεαγένει. SALL.

Quo in idoneo auctore παιδάριον fenfu τοῦ θεράποντος & οἰκέτου (quos diftinguit *Ammonius* p. 69.) occurrat, nefcio. Cogitavi aliquando, an non fcripferit *Thomas* καὶ μὴ vel οὐ. OUDEND.

2 Θέρε), ὐ θερμαίνε).] Sed cur, quaefo, non? *Hippocrates* certe utique verbo θερμαίνεσθαι utitur, rariffime vero τῷ θέρεσθαι, prout id multis in Oeconomia Hipp. oftendit *Foefius.* Neque *Lucianus*, *Xenophon*, *Ariftides*, *Ariftoteles*, *Plutarchus* & alii plures, ut notum, aliter loquuntur: unde hoc frigidum potius, quam calidum *Thomae* eft commentum. TRILLER.

3 Οὐ θερμαίνε).] Similiter *Moeris*: θερόμενος Ἀττικῶς. θερμαινόμενος Ἑλληνικῶς. Sed ἐλπίσιν θερμαίνε) apud *Sophocl.* Ajac. vf. 480. θερμαίνεσθαι κάτω *Ariftoph.* in Ranis vf. 868. Alii Gramm. ajunt θέρε), τὸ θερμαίνε)· bene. De feq. θερίζω V. ad *Ammon.* p. 70. OUDEND.

4 Θερίζω.] *AEftate in aliqua urbe commoror*; vox eo fenfu imprimis Attica, utpote quae legatur apud *Xenophontem* pag. 315. οἱ δ' ἔλεγον, ὅτι τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίαν τῆς ἐπὶ Βαβυλῶνα εἴη καὶ Μηδίαν, δι' ἧσπερ ἥκοιεν, ἡ δὲ πρὸς ἕω, ἐπὶ Σοῦσά τε καὶ Ἐκβάτανα φέροι, ἔνθα θερίζειν, καὶ ἐαρίζειν λέγε) βασιλεύς. Ejusdem fignificationis exemplum fuppeditat *AElianus* Lib. X. de Anim. c. 6. Πονηροὶ δ' ἄρα κοχλίαι τῶν Περσῶν βασιλέα μεμιμῆ), θερίζοντες μὲν ἐν Σούσοις, χειμάζοντες δ' ἐν Ἐκβατάνοις. Ita quoque *Achilles Tatius* Ἐρωτ. pag. 3. καὶ γίνε), inquit, τοῦ λιμένος ἄλλος λιμὴν, ὡς χειμάζειν μὲν ταύτῃ τὰς ὁλκάδας ἐν γαλήνῃ, θερίζειν δὲ τοῦ λιμένος εἰς τὸ προκόλπιον. SALLIER.

Agnof-

λέγω· [1] θερίζω δὲ μεταβατικῶς, τὸ λήϊον τέμνω.

ΘΕ'ΡΜΟΣ, [2] οὐ θέρμιον. [3] Λουκιανὸς ἐν τοῖς νεκρικοῖς· θέρμους εἰ θέλεις.

[4] ΘΕΡΜΟ'ΤΗΣ, καὶ θέρμη, Ἀττικοί· [5] θερμασία, Ἕλληνες.

ΘΕΣ-

Agnoſcit etiam ἐνθερίσαι *Pollux* I, 62. licet nullo, quod ſciamus, exemplo probatum. Quale ſi *Pollucis* tempore ſcriptoribus uſu veniſſet, mirum videri cuiquam poſſet, *Phrynichum* ejusdem aetatis ſcriptorem non recenſuiſſe vocem, de qua diſputatur: ita enim ille App. par. Soph. Θερίζειν καὶ χειμάζειν, τὸ διάγειν ἐν τῇ τοῦ θέρους ὥρᾳ, καὶ ἐν τῇ τοῦ χειμῶνος. Conf. *Ammon.* p. 70. qui ſua *Phrynicho* maximam partem debet. Exemplum τοῦ θερίζειν habes apud *AElian.* de animal. pag. 147. ed. form. minim. STOEBER.

5 Θέρ⸗.] MS. A. θέρους.

1 Θερίζω δὲ μεταβ.] Proprie quidem de *meſſe* uſurpatur; ut apud *Ariſtoph.* Avib. vſ. 506.

—— καὶ τὰς κριθὰς ἐν τοῖς πεδίοις ἐθέριζον.

Et media voce Plut. vſ. 515.

—— —— καρπὸν Δηοῦς θερίσασθαι;

Sic *Matth.* XXV, 24, 26. Improprie vero *de quavis amputatione:* cujus exemplum apud *Sophocl.* Ajac. vſ. 239.

Τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ γλῶσσαν ἄκραν
ῥιπτεῖ θερίσας —— ——

Θερίζων λόγος ſophismatis genus, cujus meminit *Lucian.* Conviv. p. 435. & Vit. Auct. p. 562. ed. *Hemſterh.* ubi notam ſubjectam, ubi voles, conſule. STOEBER.

Conf. *Moſchopulus* περὶ σχεδ. pag. 43.

2 Οὐ θέρμιον.] Recte; θέρμος enim, cum de lupinis ſermo eſt, uſurpatur a *Theophraſto*, nunquam vero θέρμιον, quod apud unum *Achmetem* legiſſe meminimus, Oneir. p. 187. εἰ δὲ ἴδῃ, inquit, ὅτι ἔχει χώραν ἐκ θερμίων, ἕξει μερίμνας καὶ θλίψεις. SALLIER.

3 Λουκιαν. ἐν τοῖς νεκρ.] T. I. p. 308. *Graev.* WITTER.

Dial. XXII. §. 3. & paſſim. OUDEND.

4 Θερμότης, καὶ θέρμη, Ἀττικοί· θερμασία, Ἕλληνες.] Promiſcue tamen, ut nempe lubet, his tribus vocibus ſaepiſſime utuntur & Attici & Iones & Graeci omnes, id quod ex *Diodoro* Sic. *Diog. Laërt.* & *Xiphilino* oſtendit ad *Phrynichum*, idem cum *Thoma* noſtro falſo ſentientem, *Hoeſchelius*, p. 44. quibus nos Auctores longe graviores & praeſtantiores addimus, nempe *Hippocratem* ipſum, qui manifeſto dixit, Lib. de praecept. p. 65. T. I. θερμασίη, καὶ χυμῶν κατεργασίη· & Lib. I. de Morb. p. 28. T. II. ὑπὸ τῆς θερμα-

1 ΘΕΣΜΟ'Σ, ὁ ἄγραφος· 2 νόμος δὲ, ὁ ἔγγραφος.

ΘΕ'Σ-

θερμασίης τοῦ αἵματος· ubi tamen mox in seqq. p. 29. sine distinctione scripsit διὰ τὸ θερμότητος· & sic alibi saepissime; sequitur Magistrum hunc suum *Aretaeus*, presso quasi pede, ita pariter scribens Lib. I. de Curat. Morb. Diuturn. cap. 7. p. 132. θερμασίην ἐγείρει, ut & alibi. Item *Dioscorides*, Lib. I. cap. 13. p. 13. ὀφθαλμυρίζων μετὰ θερμασίας· atque sic in sequentibus ubivis, innumeris paene locis. Ipse denique *Aristoteles* in problemat. usus est ista voce immerito hic notata, hoc modo: θερμασία ὑπερβολὴ τῆς θερμότητος· item Lib. περὶ τῆς καθ' ὕπνον Μαντικ. p. 56. μικρᾶς θερμασίας γιγνομένης· atque sic alibi saepissime. Sed ita & loquuti sunt passim *Plato*, *Xenophon*, *Aristides*, *Lucianus*, praesertim *Galenus*, & alii plures, quos certe ad vulgares & communes Graecos referre haud decet, sed potius ad elegantiores aut Atticos aut Ionicos scriptores, uti jam dixi. Unde hinc sat liquido, opinor, patebit, huic falso *Thomae* nostri commento ψυχρότητα potius inesse, quam θερμασίαν, si quidem jocari hic liceat. TRILLER.

Θέρμη denotat in genere *calorem*, speciatim *morbi quoddam genus*; uti *Timaeus* Lex. in *Plat.* exponit θέρμη, ὁ πυρετός. *Erotiano* θερμωλὴ vocatur. Meminit *Thucyd.* Lib. II. pag. 128. *Duker.* ὑγιεῖς ὄντας πρῶτον μὲν τῆς κεφαλῆς θέρμαι ἰσχυραὶ, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα καὶ φλόγωσις ἐλάμβανε κ. τ. λ. Quo loco observandum ex *Phrynicho* Ecl. pag. 58. *Thucyd. Plat.* veterisque Comoediae Scriptores hanc vocem usurpare semper, θέρμα non item: quam in *Menandro* damnat ibid. STOEBER.

5 Θερμασία Ἕλληνες.] Atqui praeter *Arist.* cujus meminere lexicographi, eo nomine utitur *Theophr.* Hist. Plant. Lib. VIII. c. 5. ἀλλὰ δῆλον, ὅτι διαφορά τίς ἐστι τῆς θερμότητος. καὶ οὐχ ἁπλῶς πως θερμασία γίνεται καὶ ἡ πέψις. Eadem vox occurrit de Caus. Plant. L. I. c. 21. ὅσα δὲ κέκραται ἐν τούτοις καὶ ἱκανῶς, καὶ ἐν θερμασίᾳ τυγχάνει καὶ μόνα. Quis autem, duos illos scriptores Atticos esse, neget? SALL.

Praeivit in hanc sententiam *Phrynich.* Ecl. p. 20. Injuste tamen damnata vox videtur, qua usi *Xenoph.* Ἀναβ. V. pag. 288. *Dio* p. 733. B. *Diodor.* I. p. 7. B. C. & alibi saepius; item *Laërt.* pag. 257. E. 289. A. 293. C. unde Gloss. *calor*, θερμασία. WITTER.

Legitur quoque apud *Simplic.* in *Epictet.* p. 19. STOEBER.

Xenophon etiam Lib. V. Ἀναβ. p. 362. ait: παρεῖχε θερμασίαν τινὰ καὶ ὑγρότητα. Cum *Thoma* tamen facit *Phrynichus* pag. 44. OUDEND.

1 Θεσμός.] In eo θεσμὸν a νόμῳ discrepare, *Thomas* statuit, quod νόμος sit lex scripta, θεσμὸς

1 ΘΕ'ΣΘΑΙ, τὸ θεῖναι καὶ τὸ ἀρεσθῆναι. ὡς τὸ, 2 τούτοις ἐθέμην,

---

μὸς vero lex sit minime litteris consignata: aliud tamen colligas ex *Harpocratione*, qui leges scriptas θεσμοὺς appellatas esse, testatur: θεσμὸς, inquit, ἐκαλεῖτο μὲν πάλαι καὶ εἷς ἕκαστος τῶν νόμων θεσμὸς, καὶ τὸ ὅλον δὲ τῆς πολιτείας σύνταγμα, ὅπως κέκληκεν ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους. Nec temere, cum Draco ipse leges a se conscriptas θεσμοὺς dixerit, ut constat ex his *Porphyrii* de Abstin. L. IV. p. 179. ἐπεὶ, inquit, καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος. θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, θεοὺς τιμᾶν, καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ, ἑπομένους νόμοις πατρίοις. quibus verbis discrimen a grammaticis confictum funditus evertitur; nec addemus plura, cum haec illorum opinio exemplis, quae lexicographi adduxerunt, convelli possit. SALLIER.

Vid. *AElian.* VIII, 10. & ibi Cl. VV. not. *Menag.* ad *Laërt.* p. 18. F. Add. *Bud.* Comment. Gr. L. col. m. 1033. Vocem νόμος apud *Homerum* non occurrere, observavit *Joseph.* contr. *Apion.* Lib. II. pag. 1070. D. STOEBER.

Conf. *If. Casaubonus* ad *Dion.* Chrysost. p. 103.

2 Νόμος.] MSS. Leidd. νόμος δέ. Repetenda erat vox νόμος. Alii alias harum vocum differentias statuunt. V. *Etym. M.* *H. Steph.* in Lex. & Comm. ad *Hesych.* OUDEND.

Uterque MS. νόμος δὲ ὁ. Sed forte apud Nostrum leg. θεσμὸς ὁ ἄγραφος νόμος· νόμος δὲ ὁ. ε. quam suspicionem firmat *Moschopulus* περὶ σχεδ. p. 10.

1 Θέσθαι.] Praeterquam quod θεῖναι *ponere* signific. etiam notat ἀρεσθῆναι, *acquiescere in aliqua re*, *approbare aliquid*, ut: τούτοις ἐθέμην, inquit Auctor. Ut hoc intelligatur, notandum est, in hac phrasi subintelligi ψῆφον, ut plene sit: θέσθαι τινὶ ψῆφον, *calculum alicui ponere* vel *addere*. BOS.

Ponitur etiam pro in pignus accipere. Vid. *Harpocrat.* Lex. h. v. DRAKENB.

2 Τούτοις ἐθέμην.] Dudum & recte observatum, intelligi ψῆφον; saepius integre ponunt vetustiores: ὧδε τὴν γ' ἐμὴν τίθεμαι ψῆφον. *Plato* Tim. p. 1061. A. μόνοι τῶν συμμάχων ἔθεντο τὴν ψῆφον, ὡς χρὴ &c. *Isocr.* Plat. p. 302. C. ψῆφον δὲ θεμένων Ἀθηναίων ἐκδοῦναι τοὺς ῥήτορας *Phot.* Biblioth. p. 805. vs. 29. sed & θέσθαι ψῆφον τινὶ, *aliquem suffragio suo probare*; apud Eundem p. 807. vs. 14. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν νικῶσαν ἔθεντο ψῆφον Ὑπερείδῃ· *sunt qui Hyperidem Demostheni praetulerunt.* Usus, refecta voce, quam facile cogitando suppleas, brevitati studuit: sic *Liban.* T. I. p. 653. D. οἱ μὲν τούτῳ

ἐθέμην, ἀντὶ τοῦ ἠρέσθην, καὶ συνῄνεσα. ὑποθέσθαι δὲ τό τε δοῦναί τι εἰς ὑποθήκην, [1] καὶ τὸ συμβουλεῦσαι, καὶ τὸ ὡς ὁμολογούμενον θεῖναί τι τῶν δυναμένων γενέσθαι. ὡς τὸ, ὑπόθου ὅτι ὁ Σωκράτης καθεύδει. εἰ γὰρ καὶ μὴ καθεύδει, ἀλλὰ δυνατός ἐστι καθεύδειν.

[2] ΘΕΩ͂, [3] οὐ θέα, εἰ καί τινες γράφουσιν. [4] Ἀριστοφάνης ἐν

τῷ θέμενοι, qui Hesiodo Homerum anteponendum censent. Hinc τίθεσθαι τινὶ, vel τῇ γνώμῃ, quod Heliodorus usurpat II. p. 110. derivatum ex Sophoclis Philoct. vs. 1444. ἐθέμην τῷ δόγματι Synes. Ep. IV. p. 163. A. & paulo aliter inflexa locutione Ep. XCIII. ἐὰν ὁ θεὸς αὐτῷ τιθῆται, si Deus ipsi suffragetur: nam & Valerius Maximus, laeta & prospera negotia divina suffragatione foveri, dixit. Pari paene virtute προστέχειν & θέσθαι in eadem sententia junxit Sext. Empir. P. H. II. p. 75. vs. 27. sequitur συγκατατίθεσθαι, quod a Sophoclis Schol. ad alterum explicandum est adhibitum: simili modo Plato de LL. IX. p. 925. E. F. nisi quod Ἀπεικὼς τε ὀργὴν προστέχειν τὸν νοῦν. Liberandus est insigni macula Zosimus V. p. 332. Κουαδράτῳ γὰρ οἱ μεθετέον· Interpres: hoc enim Quadrato relinquere debuerat: satis incomte: tu mecum scribe: Κουαδράτῳ γὰρ οἶμαι θετέον· Quadrato, ut opinor, adsentiendum est: sententiae Quadrati calculum adjiciendum puto. Thomas ipse τῷ θέσθαι sic utitur in Καταινῷ· in Sophoclis Oed. Tyr. vs. 492. οἰωνοθέτας Triclinius exponit, ὁ τοῖς οἰωνοῖς τιθέμενος καὶ ἀρεσκόμενος εἰς τὰς μαντείας Τειρεσίας· errore non levi labitur Illustr. Ez. Spanhem. ad Callim. H. in Pall. vs. 121. priora Latine vertens, qui auguriis est propositus; ut manifeste liquet ex ἀρεσκόμενος & Thomae ἀρέσθηναι. Ceterum mox melius ὑποθεῖναι scripsisset, aut pro δοῦναι, λαβεῖν, regulae suae obsecutus in Ὑποτίθημι, quam comprobant Poll. III, 84. VIII, 142. Herodian. p. 210. ubi vide Jos. Scalig. & Salmas. de Us. p. 501. & seq. Ammonius tamen in Θέσθαι Thomae causam agit. HEMST.

Adi Bos in Ellips. V. ψῆφος. De ὑποθέσθαι vide ad Ammon. p. 70. Mox post θεῖναι addidi τι, auctoribus MSS. Leidd. Oxon. aliisque. OUDEND.

1 Καὶ τὸ συμβουλεῦσαι.] Quo sensu occurrit apud Herodotum Lib. VI. pag. 399. A. ὑποθήκη ibid. WITTER.

2 Θεῶ, οὐ θέα.] Lege οὐ θεᾷ. Vult Thomas, Atticum esse voces masculinas in femin. transferre, quemadmodum Aristophanes saepissime Minervam non θεὰν sed θεὸν vocat: in Pluto, pag. 114. τὴν ἀκρόπολιν φυλάττων τῆς θεοῦ· arcem Deae (Palladis) semper custodiens; & in Equit. pag. 343. ἡ γὰρ θεὸς μ' ἐκέλευσε νικῆσαι σ' ἀλαζονείᾳ· Dea

ἐν Βατράχοις· [1] ἀφιεμένην τὴν λαμπάδα θεῶ.

[2] ΘΕΩΡΟ'Σ ὁ τὴν θυσίαν ἀπάγων εἰς τὸ ἱερὸν, πρὸς τὸ θῦσαι καὶ θεραπεῦσαι τὸν θεόν. [3] Ἀριστείδης· τῶν θεωρῶν ἡκόντων καὶ τεθυκότων. καὶ θεωρία, ἡ θυσία. [4] Πλάτων ἐν

Dea (Pallas) *certe jussit, ut te vincam vanitate.* BOS.

Vid. *Jensii* Lect. Lucian. Lib. III. c. 13. p. 178. DRAKENB.

Utitur hoc imperativo *Themist.* Orat. XI. p. 146. D. *Theoph. Simoc.* p. 14, 15 & Histor. Eccles. scriptores saepe. ABRESCH.

Vid. cel. *Hemsterhuis* ad *Aristoph.* Plut. p. 366.

3 Οὐ θέα.] Recte: neque enim videmus, quid persuadere potuerit Cl. V. *Lamb. Bos*, ut in Animadv. ad h. l. de feminino vocis θεὸς disputationem instituat; quae quidem tam aliena est a mente *Magistri*, quam femininum illud ab Imperativo verbi θεάω, de quo hic agitur. STOEBER.

Haud leviter errat Cl. *Bos.* Auctor monet, Imperativum adhibendum esse verbi θεάομαι, θεάου, θεῶ, non vero θεάω, θέαε, θέα, ut quidam scribunt; sicut videre est in *Hesychio.* Observavit id jam Celeb. *Hemsterhusius* ad *Aristoph.* Plut. vs. 1014. OUDEND.

4 Ἀριστοφ. ἐν Βατραχ.] Vs. 131. quo loco apud Nostr. edit. Rom. legebatur ἀφειμένην. Rectius vero vulgata retinetur. Quod autem de simplici θεῶ hic observat *Thomas*, id obtinet etiam in compositis: uti διαθεῶ apud *Philostr.* Icon. Lib. I. pag. 778. pr. πρώτην οὖν διαθεῶ τὴν λύραν, εἰ καθ' αὐτὴν γέγραπται· *primam adspice lyram, an ad vivum sit picta.* WITTER.

1 Ἀφιεμένην] In Ran. vs. 131. Leid. pr. Edd. Rom. Vasc. ἀφειμένην. OUDEND.

MSS. A. & B. ἀφειμένην.

2 Θεωρὸς.] Vid. *Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Delum vs. 314. & *Harpocrat.* voc. θεωροί· θεωρὸς simpliciter etiam pro spectatore ponitur apud *Heliodor.* AEthiop. Lib. I. p. 3. DRAKENB.

Leidd. Edd. Vett. θεωρός δε. praecedente sc. θεατὴς ἐπὶ ἀγῶνος p. 436. In Leid. sec. πρὸς τὸ ἱερόν. De θεωροῖς, & quae ad illos pertinent, vide laudatos a Cl. *Alb.* ad *Hesych.* G. *Cuper.* Obs. Lib. IV. cap. 15. *Legationes cum victimis Liv.* Lib. XLV, 32. OUDEND.

MSS. Regg. perpetuo nexu hanc observationem conjungunt cum θεατὴς, sic: θεωρὸς δὲ ὁ. *Erotianus* Lex. Hipp. pag. 27. θεωροὶ λέγονται οἱ εἰς θεοὺς πεμπόμενοι χρησμῶν ἐπισκέψεως χάριν.

3 Ἀριστείδης.] Immo *Libanius* πρεσβευτικῷ πρὸς Ἰουλιανόν T. II. p. 158. D. WOLF.

4 Πλατ. ἐν Φαιδ.] Pag. 58. B. add. Eund. Legg. XII. pag. 950. D ἔτι δὲ ἰδίᾳ μηδενὶ (ἐξέστω ἀποδημεῖν) δημοσίᾳ δ' ἐξέστω κήρυξιν ἢ πρεσβείαις, ἢ καί τισι θεω-

ἐν Φαίδωνι· ἑκάστου ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον. ὅθεν καὶ αἱ ὁδοὶ, δι᾽ ὧν ἐπορεύοντο οἱ θεωροὶ, θεωρίδες κέλευθοι ἐκαλοῦντο. καὶ θεωρὶς, ἡ ναῦς ἡ ἀπάγουσα Ἀθήνηθεν εἰς Δῆλον τῷ Ἀπόλλωνι θυσίαν· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὴν τοῦ Χάροντος ναῦν, θεωρίδα Αἰσχύλος λέγει, ἐν τοῖς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις·

—— —— [1] μελάγκροκον
Ναύστολον θεωρίδα.

καὶ θεωρὸς, ὁ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ θυσίᾳ [2] ἐπιθειάζων ἱερεύς. λέγεται δὲ θεωρία, καὶ ἡ περὶ τὸν θεὸν σχολὴ, καὶ διηνεκὴς αὐτοῦ φαντασία. καὶ θεωρία, ἡ [3] πράγματός τινος κατα-

---

θεωροῖς. Quos peculiari glossa describit *Phavorin.* Θεωροὺς ἐκάλουν τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων δημοσίᾳ ἐκπεμπομένους συνθύσοντας καὶ συμπανηγυρίσοντας. Plura dabit Cl. *Valcken.* Animadv. ad *Ammon.* p. 92. seqq. STOEBER.

Tom. I. p. 58. B. Ed. Serr. OUDEND.

1 Μελάγκροκον Ναύστολον θεωρίδα.] Versus est 863. Sed in Leid. pr. & Edd. Rom. Vasc. exhibetur hoc ordine: Ναύστολον μελάγκροκον, quo maxime confirmatur conjectura *Th. Stanleji*, opinati, istud ναύστολον ex interpretatione in textum irrepsisse vocis ἄστολον, corruptae ex ἄστονον, quae praecedit, & *AEschylum* reliquisse:

Ταν ἄστονον μελάγκροκον θεωρίδα.

OUDEND.

MS. B. ναύστολον μελάγκροκον.

2 Ἐπιθυσιάζων ἱερεύς.] Quid hoc sit, me non intelligere, fateor. Quare obsecutus Cod. Leid. pr. auctoritati edidi ἐπιθειάζων, *Deos precans.* Confer *Hesych.* & *Suid.* ac Comment. in ἐπιθειάσας & ἐπιθειάσας. OUDEND.

MSS. A. & B. ἐπιθειάζων.

3 Πράγματός τινος καταινόησις.] Ita quoque accipiendum puto apud *Thucyd.* Lib. VI. p. 394. *Duker.* licet ibi non de re quadam vel idea, quae Philosophorum filiis spectanda, sed de regione sermo sit: τοῖς δ᾽ ἐν ἡλικίᾳ, τῆς τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας, καὶ εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι ubi recte Scholiastes: τὸ θεωρίας ἀντὶ τοῦ ἱστορίας κεῖται, ἵνα ᾖ, ποθοῦντες τὴν ἀλλοδαπὴν ἰδεῖν καὶ ἱστορῆσαι· i. e. *accuratius lustrare.* STOEBER.

Athenagoras Leg. pro Christ. p. 72. ἐν θεωρίᾳ γεγονώς. *Theodorus Abucaras* de Unione & Incarn. p. 71. ὁ ἡμέτερος νοῦς αὐτὸς ὢν, ὁ διὰ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν

καταν[ό]ησις. [1] καθὰ φησὶν ὁ Θεολόγος· θεωρία γὰρ ἐστὶ τὸ φυτὸν, ὡς ἡ ἐμὴ θεωρία. θεωρία καὶ ἡ ἐν τῷ θεάτρῳ θέα, καὶ αὐτὸς ὁ [2] ἀγών. [3] Ἀριστείδης ἐν τῷ παναθηναϊκῷ· ὥσπερ ἐν θεωρίᾳ πάντα εἰς ἅμιλλαν κατέστη. [4] καταχρηστικῶς δὲ ἡ πανήγυρις. ὁ αὐτὸς [5] ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· προσαγαγεῖν δι' αὐτὴν κομίσασα ἡ μήτηρ ὡς εἰς θεωρίαν πέμπουσα. [6] θέα μέντοι οὐ μόνον ἡ θεωρία τινὸς πράγ-

---

μῶν τῶν ὁρώντων ἀντιλαμβανόμενος, καὶ ἄλλην ὅρασιν ἰδιάζουσαν ἔχει, παρὰ τὴν δι' ὀφθαλμῶν διαρθροῦσαν, (l. διαθροῦσαν) ἣν καὶ θεωρίαν καλοῦμεν.

1 Ὡς ὁ Θεολόγος.] Leidd. uterque καθὰ φησὶν ὁ Θ. & addit Leid. sec. cum *Phavor.* Γρηγόριος e Glossa. Locum ejus invenies Or. 38. pag. 619. B. Ed. Col. OUDEND.

MSS. Regg. καθά φασιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος.

2 Ἀγών.] Inscript. apud *Gruterum* p. XCVII. καὶ θεωρίας ἤγαγον Ἅδη καὶ Περσεφόνῃ.

3 Ἀριστειδ. ὥσπερ ἐν.] Pag. 5. B. l. 13. Sic etiam accipiendum puto apud *Plat.* Legg. XII. pag. 947. pr. ἔτι δὲ τῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας κοινῇ θυσιῶν τε θεωριῶν, καὶ ὅσον ἂν ἑτέρων κοινωνῶσιν ἱερῶν, ἐκ τούτων τοὺς ἄρχοντας τῆς θεωρίας ἑκάστης ἐκπέμπειν. Quos autem Attica elegantia ἄρχοντας τῆς θεωρίας vocat, deinceps ἀρχιθεωροὶ dicti sunt. Conf. Cl. *Valcken.* ad *Amm.* d. supr. l. Et ne cuiquam dubitandi locus supersit, rem expediat *Aristoteles*, qui omnis generis spectacula hac voce complectitur Polit. Lib. VI. fin. πρὸς δὲ τούτοις, περὶ ἀγῶνας ἐπιμέλεια γυμνικοὺς καὶ Διονυσιακοὺς, κἂν εἴ τινας ἑτέρας συμβαίνει τοιαύτας γενέσθαι θεωρίας. Subsellia autem Theatrorum, Latinis *fori* itemque *spectacula* dicta, Graecis θεωρεῖα audiunt, itemque θῶκοι. Vid. *Casaub.* ad Charact. p. 268. STOEBER.

Leid. pr. addit ἐν τῷ παναθηναϊκῷ. Recte, nam leguntur ibi citata verba T. I. p. 104. Ed. Angl. & nisi Orationem certam hic nominasset auctor, non potuit subjicere bis ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· scil. p. 102. & 119. Quare & illa in textum recepi; quamquam ista καταχρηστικῶς &c. usque ad πέμπουσα exsulent ab utroque Cod. Pro κομίσασα vero leg. κοσμήσασα, ut in *Aristide* pag. 119. ubi & vulgo ὥσπερ. Sed al. ὡς al. ὥσπερ. OUDEND.

MSS. A. & B. add. ἐν τῷ παναθην.

4 Καταχρηστ. δὲ ἡ πανηγ.] Rom. & MS. A. τε ἡ πανηγ. καταχρ. ad usque πέμπουσα desunt in utroque codice.

5 Ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ.] Pag. 8. B. ubi pro κομισ. est κοσμήσασα. & ὥσπερ pro ὡς. WITTER.

6 Θέα μέντοι &c.] Liquet hoc ex propria phrasi de iis, qui spectandi sedem in theatro occupant,

πράγματος, ἀλλὰ καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ καθήμενοι ἐθεώρουν τὰ ἐν τῷ θεάτρῳ τελούμενα. [1] ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ [2] λόγῳ· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, καθάπερ θέαν [3] καταλαβόντες, καὶ [4] ἅπαν τὸ θέατρον.

[5] ΘΗΛΑΖΕΙ τὸ θῆλυ [6] μεταβατικῶς, ἃ ἔτεκε· καὶ θηλάζουσι τὰ τεχθέντα [7] ἀμεταβάτως.

[8] Καὶ ΘΗΛΗ, καὶ μαστός.

ΘΗΛΥ θήλεος, καὶ [9] ὁ θῆλυς, τοῦ θήλεος. οἷον, ὁ θῆλυς

---

cupant, ſc. θέαν καταλαμβάνειν, ut fuſe demonſtrat *Paul. Leopardus* Lib. I. Em. c. 13. TORREN. BENTZEL.

Ut *ſpectaculum* Latinis. Mox λόγῳ deeſt Leid. pr. OUDEND.

Novae periodi ſigno haec notata in MSS. A. & B.

1 Ὁ αὐτὸς] Pag. 5.

2 Λόγῳ.] Abeſt haec vox e MSS. A. & B.

3 Καταλαβόντες καὶ ἅπαντες θέατρον.] Interpunge: καταλαβόντες. poſt ſcrib. καὶ ἅπαν τὸ θέατρον. WITTER.

4 Ἅπαν τὸ θέατρον.] Sic reſcripſi cum Leid. Oxon. & Edd. Rom. Vaſc. Inepte Ed. *Blank.* ἅπαντες θ. OUDEND.

MSS. A & B. καὶ ἅπαν τὸ θέατρον.

5 Θηλάζει.] Vid. *Graev* ad *Lucian.* Soloec. p. 734. *AElian.* Lib. VII H. A. c. 12. *Ariſtoteles* H. A. Lib. VI. cap. 23. *Theocrit.* Idyll. III. vſ. 15. *Lyſias* Or. I. p. 6. DRAKENB.

Vide *Graev.* ad *Lucianum* T. II. p. 734. SALLIER.

6 Μεταβατικῶς.] Pro eo dicit *Suidas* παθητικῶς; quia ſcil. patitur femina foetum ſugentem. Paſſim ita θηλάζειν τὰ βρέφη ait *AElianus*, ut Lib. VII. An. 12. X. 8. XIV. 18, 26 Plura vide apud Cl. *Graevium* ad *Luciani* Soloec. T. III. p. 558. τῶν παιδίων τῶν καὶ τίτθας (pro ἐκ τῆς τίτθης) θηλαζόντων. OUD.

7 Ἀμεταβάτως.] Delet *Phavor.* Facit huc *Lucian.* Soloec. II, 724. ὅταν τι τῶν παιδίων γένη, τῶν καὶ τίτθας θηλαζόντων· ubi Schol. ἡ τίτθη θηλάζει· ὁ δὲ ἀναστρέψας ἔφη, τὰ παιδία θηλάζει. vid. *Graev.* WITTER.

Poſt hanc vocem addunt MSS. A. & B. τὸ Θάλλειν ἐπὶ δένδρων λέγεται· τὸ δὲ ἀνθεῖν ἐπὶ μόνων τῶν ἀνθέων. ὅθεν εὐθαλεῖς μὲν κλάδοι, εὐανθεῖς δὲ λειμῶνες. V. p. 432, 433.

8 Καὶ θηλή.] Vid. apud *Apollod.* pag. 115. & 166. *Dionyſ.* Halic. Lib. I. p. 65. STOEBER.

9 Ὁ θῆλυς τοῦ θήλεος.] Ita praebent Leidd. & Oxon. veriſſime, ut patet ex adjuncto exemplo; & ſic paſſim ὁ θῆλυς βοῦς, ἐλέφας, ἵππος &c. de femina. Vulgo edebatur ἡ θ. τῆς, ſed id genus ſequitur ſtatim. Verum & clarius patet, ὁ hic legendum, quia addit auctor, θῆλυς etiam dici pro θηλυδρίας ſec

λυς ἀετός. λέγεται ἡ θῆλυς, [1] καὶ ὁ θηλυδρίας. καὶ [2] ἡ θῆλυς ἡ [3] παρ' Εὐριπίδῃ. καὶ ἡ θήλεια πρὸς τούτοις.

[4] ΘΗΜΩΝ, [5] οὐ θημωνία.

ΘΗΡΑΝ, καὶ θηρᾶσθαι, ἐπὶ ἐνεργητικῆς καὶ παθητικῆς σημασίας. καὶ θηρατὴς λέγε, [6] ἢ θηρεύειν καὶ [7] θηρεύεσθαι. καὶ θηρευτής.

[8] ΘΗΡΑΤΡΟΝ, [9] οὐ παγίς. [10] χρῆσθαι ἀντὶ τούτου πάγη,

---

seu molli & effeminato, ut in *Luciani* Dial. Deor. 18. init. υἱὸς θῆλυς οὗτος, καὶ διεφθαρμένος ὑπὸ τῆς μέθης· & alibi. OUD.

MS. B. delet καὶ, sed cum MS. A. legito ὁ θῆλυς, τοῦ θήλεος.

1 Καὶ ὁ θηλυδρίας.] *Herod.* VII. p. 494. *Synes* p. 85. B. p. 188. C conf. *Liban.* II. p. 500. C. Onom. *Calep.* p. 122. *puellascere*, θηλυδριᾶν. WITTER.

2 Ἡ θῆλυς παρ' Εὐριπ.] E. g. Hec. vs. 659.

Ἡ πάντα νικῶσ' ἄνδρα, καὶ θῆλυν σποράν

Κακοῖσιν; ——— ———

Absolute legitur apud *Plat.* Legg. XII. pag. 958. D. τῶν τελευτήσαντων δή, εἴτέ τις ἄῤῥην, εἴτέ τις θῆλυς ἢ κ. τ. λ. θῆλυ γένος apud *Eurip.* Med. 909. STOEBER.

3 Παρ' Εὐριπίδῃ.] Non soli, sed & aliis. V. *Suid. Hesych. H. Steph. Sophocl.* Trach. 1070. γυνὴ δὲ θῆλυς οὖσα. OUDEND.

4 Θημών.] *Synesius* de Regno p. 5. & p. 24. D. conf. *Moschopulus* περὶ σχεδ. p. 113.

5 Οὐ θημωνία.] Cui assentimur, cum illud nomen in veterum, quos optime locutos esse novimus, scriptis non occurrat; usurpatur saepius a septuaginta interpretibus, quos secutus *Chrysostom.* in *Matth.* p. 690. ait κόπρου θημωνία· ea vox quoque legitur apud *Justinum* pag. 341. SALLIER.

Vox hic perperam improbata: etsi rarius, nonnunquam tamen in usu esse, ostendit Ill. *Ez. Spanhemius* ad *Callimachi* Hymn. in Cererem, pag. 679. unde refellitur bonus noster *Thomas*. TRILLER.

Nempe Attice. V. *Etym. M. Suid.* & *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Cerer. vs. 20. OUDEND.

Grammatica ratio postulat, acui ac scribi θημωνιά. Vid. *Hesych.* in V. Ῥοδωνιά. AURESCH.

6 Ἢ θηρεύειν.] *Isocrat.* ad Demon p. 51. DRAKENB.

Usus hoc verbo *Hierocles* apud *Stobaeum* Serm. LXV. pag. 416. & *Himerius* in Declamat. p. 66.

7 Θηρεύεσθαι.] *H. Junius* θηρεῦσαι.

8 Θήρατρον, οὐ παγίς.] His verbis indicat Auctor, idem esse τὸ θήρατρον & τὸ παγὶς, sed prius Atticum, posterius non. Male itaque Interpres *AEliani* V. H. Lib. I. cap. 1. haec verba, καὶ ἐμπεσὼν τοῖς ἀνδρειοτέροις θηράτροις,

πάγη, ἢ πληθυντικῶς ¹ τὰς πάγας κάλλιον.

ΘΗ-

ράτροις, vertit: *Quando videlicet incidit in validiora venabula*; ubi vertere debuerat: *cum incidisset in validiora retia*, sive *validiores pedicas* vel *laqueos*. BOS.

AElian. V. H. Lib. I. cap. 1. DRAKENB.

Occurrit tamen παγὶς, hac quidem significatione, apud ipsum *Xenophontem*, *Arrianum*, *Athenaeum*, *Aristophanem*, *AElianum*, & alios plures, ut notum. Oblique ergo, pro sinistro suo more solito, reprehendere hic voluit audax nimis *Magister* noster scriptores potissimum sacros Novi Instrumenti, apud quos nempe vox ista παγὶς frequentius, ut notum, isto quidem sensu legitur. TRILLER.

Himerius Declamat. pag. 68. τῆς τοῦδε φυγῆς τὰ θήρατρα.

9 Οὐ παγὶς.] *Aristophanes* tamen utitur. Ad πάγη quod attinet, ea vox fere semper plurali numero ab Atticis scriptoribus effertur; singularis tamen damnandus non est, utpote quem usurpatum fuisse, testis est *Diogenes Laërt.* pag. 136. πάλιν ἀντιπέπειλεν ὁ Διονύσιος, ὅτι καὶ ταῦτα εὑρήσεις γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκει πάγῃ. SALLIER

Passim θήρατρον & θήρατρα non solum pro laqueis & retibus, sed & quovis aves ferasque capiendi decipulo ponitur. Exempla sunt obvia. Corruptissimus vero hic est *Thomas*; nec MSS. Leidd. agnoscunt hic aliquid praeter unicam vocem θήρατρον. Inpingitur autem simul in Syntaxin & Grammaticam, χαίρεται τὰς πάγας· an scribendum: χαίρει γὰρ α. τ. πάγην, ἢ πλ. δὲ πάγας κάλλιον. Certe amarunt magis πάγας, quam πάγην. Vid. *Suidam*; *Xenoph.* Lib. I. Cyrop. p. 35. in f. *AElian.* Lib. V. 54. VI. 41. (ubi χείτεας pro χήτεως e MSS. Med. Aug. est legendum) *Longi* Pastor. Lib. III. p. 69. Ed. Mol. sicut & δὲ παγίδας adhibuit *Aristoph.* in Avib. vs. 195, 529. Sed & ἡ πάγη aliquoties *AEliano*, Lib. I. V. H. 2. Lib. IV. An. cap. 16. & c. 30. in quorum primo, ut hoc obiter moneam, lege περιτείνῃ τε τὴν παλάμην ἢ τρόπον τοῦτον· vulgo sine sensu πε. ἢ ἄλλων ita altero loco τοιαῦτα παλαμῶν]. Lib. I. c. 32. dixit τὸ παλάμημα. OUDEND.

Aristophanes tamen hac voce usus est in Avib. vs. 194. καὶ παγίδας & vs. 527. παγίδας, ῥάβδους. *Tiberius Illus* Anthol. Lib. I. c. 33. epigr. 3. *Agathias* Anthol. Lib. I. c. 70. epigr. 7.

10 Γράφε.] Desunt sequentia in utroque MS.

1 Τὰς πάγας.] Apud *Xenoph.* αἱ πάγαι legitur Cyrop. I. p. 29. WITTER.

H. Junius δὲ πάγας.

1 Θηρί-

1 ΘΗΡΙΚΛΕΙΟΝ, εἶδος ἐκπώματος. ἀπό τινος 2 Θηρικλέους τοῦ πρώτου εὑρόντος τοῦτο, ὥς φησιν 3 Εὔβουλος· καθαρώτερον ἢ 4 τὸν κεράμων εἰργάσμην, ἢ Θηρικλῆς τὰ ἐκπώματα.

ΘΗ'Σ

---

1 Θηρίκλειον, εἶδος ἐκπώματος, κ. τ. λ] De his notissimis apud Veteres poculis Thericleis, ab inventore sic dictis, vid. *Salmas.* Exercit. Plin. p. 734. *Casaubon.* ad *Athen.* Lib. XI. cap. 6. p. 791. *Bergler.* ad *Alciphron.* Epist. 3. Lib. II. p. 229. & inprimis Ill. *Bentlej.* Differt. de Epistolis *Phalaridis* Sect. III. aliosque plures, quos maximam jam partem ipsi laudavimus in Observat. Crit. Lib. IV. cap. 8. p. 343. TRILLER.

Lucian. Lexiph. T. II. p. 568. στοιχεῖα ἐκεῖνα γηγενῆ πολλά, οἷα Θηρικλῆς ὤπτα. Meminit quoque *Plutarch.* Vit. Philopoem. p. 361. A. Vid. Antiq. *Gronov.* T. VIII. p. 2481. *Menag.* ad *Laërt.* p. 129. C. *Joseph.* p. 358. E. *Laërt.* p. 131. D. *Gloss.* pag. 19. *Apnades*, Θηρίκλειον· vid. ibi *Vulc.* p. 13. WITTER.

Conf. *Hesych.* Cel. *Alberti* voc. Θηρίκλειος & ibi CC. VV. notas. STOEBER.
